This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



6000063810

31.

132.

NOTAS CRITICAS

IN

PHILOSTRATI

VITAS SOPHISTARUM

SCRIPSIT

CAROLUS LUDOVICUS KAYSER
PHILOSOPHIAE DOCTOR.

HEIDELBERGAE.
SUMTIBUS J. C. B. MOHR, BIBLIOPOLAE ACADEMICI.
MDCCCXXXI.

132.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

132.

PRAEFATIO.

Haec dissertatiuncula iam nunc prodit, cum per caussas, quas hîc afferre nil adtinet, amplius in scriniis retineri non potuerit, itaque si multa Tibi B. L. displiceant, facilius mihi ignosces, etiam ea, modo limandi potestas relicta esset aliquando correcturo. Ceterum de brevi opere nolo esse longus, videant doctiores, numquid mutato saepiuscule Olearii textu assecutus sim; hoc datâ occasione indicatum volo, Vitarum harum me meditari editionem, cum pluribus ero et scientiae et Manuscriptorum auxiliis instructus, faciendam; qua in opera si quis mihi opitulari velit, me ad quamvis remunerationem semper quam promtissimum habebit.

Hucusque iam expertus sum officium Viri doctissimi P. C. Hessii, qui varias lectiones Cod. Gud. (ex bibl. Guelpherb. n. 125.) easque in quaque fere pagina ad emendandam Vulgatam facientes, mecum communicavit. E nostrae universitatis bibliotheca praesto erant mihi et Cod. Palat. 132. Var. lectiones, plerumque cum Gud. consentientis, interdum pro-

prium quid afferentis, desinentis tamen post Vitam Herodis; et editio Florentina ann. 1517, etiam haec multa praebens, neglecta ab editore Lipsiensi (cf. Jacobs ad Imag. praef. p. XXI.). Deinde non carebam H. Valesii Emendationum libris III, a P. Burmanno 1740. Amstelodami editis, quibus haud pauci loci ex his Vitis sanati sunt.

Plurimum denique commendationis isti opusculo sparsis passim adnotationibus conciliavit Vir summe venerandus G. Fr. Creuzer, qui hoc quoque benevolentiae in me suae, meritum meum longe superantis exstare voluit monumentum. Vale B. L. meisque inceptis fave.

Scribebam Heidelbergae, octavo die ante Calendas Iulii MDCCCXXXI.

DEDICATIO.

P. 479. *οἶδα γὰρ δὴ καὶ Κριτίαν τὸν σοφιστὴν οὐκ ἐκ πατέρων ἀλλ' Ὁμήρου δὴ μόνον, ἐπιμνησθέντα.*

Verba *ξὺν τῷ πατρὶ*, quae post *μόνον* in codd. et edd. leguntur, Oleario „tanquam superflua lituram mereri videbantur". Erravit vir doctus; *ξὺν τῷ πατρὶ* proba lectio est, ab illo repudiata, quum respiceret ad superiora *ἐκ πατέρων*, quae ipsa valde vereor, ut sint sana. Nam tum *μόνον* quo referatur post negationem absolutam *οὐκ ἐπὶ πατέρων* non habet, nec *ἀλλὰ μόνον* pro *εἰ μὴ* hoc orationis nexu sumi potest. Itaque credam potius *οὐκ ἐκ πατέρων* factum esse permutatione non insolita (cf. Jacobs ad Achillem Tatium p. 493.) ex *οὐ πάντων* sive *οὐχ ἁπάντων*, quae bene respondent praecedentibus *οὐ πᾶσιν ἀλλὰ τοῖς ἀπ' εὐδοκίμων*. Ceterum de hoc libro Critiae vide quae placuere Viro doctissimo G. E. Webero in dissertatione de Critia tyranno, Francof. ad M. 1824. et N. Bachio, fragmenta Critiae p. 99 sqq.

P. 480. *τὸ δὲ φρόντισμα τοῦτο.* Cod. Gud. adjicit *τοῦ λόγου*, valde probante Jacobsio ad Achill. Tat. p. 426.

PROOEMIUM.

Τὴν ἀρχαίαν σοφιστικὴν, ῥητορικὴν ἡγεῖσθαι χρὴ φιλοσοφοῦσαν διαλέγεται μὲν γὰρ ὑπὲρ ὧν οἱ

φιλοσοφοῦντες. ἃ δὲ ἐκεῖνοι τὰς ἐρωτήσεις ὑποκαθήμενοι καὶ τὰ σμικρὰ τῷ ζητουμένῳ προςβιβάζοντες, οὔπω φάσι γινώσκειν, ταῦτα ὁ παλαιὸς σοφιστὴς ὡς εἰδὼς λέγει.

Olearius ea sic vertit: „quae tamen illi interrogatiunculas subornantes — — se quidem ignorare dicunt" etc. quasi Philostratus scripsisset ὑποκαθειμένοι, quae confusio haud rara, ut notat Dorvillius ad Charitonem p. 498. etiam locum in Imaginibus (p. 841. ed. Ol.) ἄγριον δὲ ὁρᾷ καὶ ὑποκαθήμενον ἔτι corruptum tenuit ante Sospitatorem ejus libelli Jacobsium, qui veram lectionem firmavit simili loco ex Heliodori Aethiopicis (ed. Coray p. 71.) τῇ δὲ Χαρικλείᾳ ὄναρ ἐφοίτησεν, ἀνὴρ τὴν κόμην αὐχμηρὸς, καὶ τὸ βλέμμα ὑποκαθήμενος. Illo nos quoque utemur, ut probemus accusativum τὰς ἐρωτήσεις non eo, quo alibi (cf. V. S. II. 2. p. 566. II. 26. p. 614. Heroica p. 685.) sensu additum esse verbo ὑποκαθήμενος, sed remotioris, ut grammatici dicunt, objecti significationi inservire. Commode laudabis hîc illud ex Vita Apollonii VIII. pag. 325. ὑφέρπων (Domitianus) τὴν ἐρώτησιν.

Quod autem ex notione verbi ὑποκαθῆσθαι perspicuum est, videtur Philostrato Socratica ratio disputandi minus placuisse, idque etiam aliunde apparet. Ita Dionem Prusaeum laudans haec dicit: ἦν δὲ αὐτῷ καὶ τὸ τῆς ἄλλης φιλοσοφίας ἦθος οὐ κοινὸν οὐδ' εἰρωνικὸν, ἀλλ' (sic lege cum cod. Gudiano et Palatino pro vulg. εἰρωνίζον καὶ) ἐμβριθῶς μὲν ἐγκείμενον, ubi certe respiciuntur Socratici, cf. Vit. Apollonii I. p. 21 sq. IV. p. 141.

ἥρμοσται δὲ ἡ μὲν τῇ ἀνθρωπίνῃ μαντικῇ, ἣν Αἰγύπτιοί τε καὶ Χαλδαῖοι, καὶ πρὸ τούτων Ἰνδοὶ

ξυνέθεσαν, μορίοις ἀστέρων στοχαζόμενοι τοῦ ὄντος κ. τ. λ.

Ni fallor, obversatum est Nostro haec scribenti illud Platonis Phaedr. p. 244. c. ἐπεὶ καὶ τήν γε τῶν ἐμφρόνων ζήτησιν τοῦ μέλλοντος διά τε ὀρνίθων ποιουμένην καὶ τῶν ἄλλων σημείων, ἅτ' ἐκ διανοίας κοριζόμενον ἀνθρωπίνῃ οἰήσει νοῦν τε καὶ ἱστορίαν οἰονοηστικὴν ἐπωνόμασαν; cujus loci ratione habita non invitus amplectar lectionem Cod. Gud. σημείοις ἀστέρων. Fortasse etiam στοχαζόμενοι τοῦ μέλλοντος scribendum est, ut illic habes ζήτησιν τοῦ μέλλοντος, quod τῇ μαντικῇ magis convenit.

P. 481. ἡ μὲν δὴ ἀρχαία σοφιστικὴ, καὶ τὰ φιλοσοφούμενα ὑποτιθεμένη διῄει αὐτὴ ἀποτάδην, καὶ ἐς μῆκος.

Corrigendum videtur αὐτὰ pro αὐτὴ. Ea litterarum confusio plures codd. obsidet etiam in loco Imaginum I. p. 796. περὶ αὐτὰ (αὐτὴν praebent Mss.) ὡς ὁρᾷς τὰ ὄρη. ἀποτάδην καὶ desunt in Cod. Gud. non recte; nam Philostratus amat eam synonymorum coniunctionem. Ceterum ἡ σοφιστικὴ τὰ φιλοσοφούμενα ὑποτιθεμένη idem est ac ἡ ῥητορικὴ φιλοσοφοῦσα cf. Initium Prooemii. Simillime Sext. Empir. l. II. adv. Mathemat. τὸ λέγειν ἐν μήκει, καὶ διεξόδῳ θεωρούμενον ῥητορικῆς ἐτύγχανεν ὄν. V. Plat. Gorg. 465. e.

P. 482. καὶ τὸ ἐπὶ πᾶσι, τοῦ λόγου διὰ πλειόνων συντιθέντος (scr. συντεθέντος cum Cod. Gud.) ἔμμισθον ἐπίδειξιν ἐποιεῖτο Πρόδικος, περιφοιτῶν τὰ ἄστη, καὶ θέλγων αὐτὰ τὸν Ὀρφέως τε καὶ Θαμύριδος τρόπον.

Nil minus huc pertinere puto, quam istud τὸ ἐπὶ πᾶσι, quod ubicunque legitur in his Vitis, significat

finem periodi vel orationis, cf. p. 537. 559. 573. 591. 593. 594. Quid; si scribatur *σὺν ἐπιτάσει?* Dices nimiam esse commutationem. At in Cod. Gud. p. 491. ubi de Favorino haec narrantur: *ἔθελγε δὲ αὐτοὺς καὶ τῇ ἐπιτάσει τοῦ λόγου*, reperitur *τὸ ἐπὶ πᾶσι*. *Ἐπίτασις* autem non solum ad vocis sonum referri, sed etiam ad orationis tenorem, ostendit Suidae iudicium de Ephoro Cumano: *τὴν ἑρμηνείαν τῆς ἱστορίας ὕπτιος καὶ νωθρὸς καὶ μηδεμίαν ἔχων ἐπίτασιν*, Dio Chrysost. p. 662. ed. Morelli: *ὡς οἷόν τε ἐπιτείνας τοὺς λόγους*; adde Ernesti Lex. technol. rhet. graec. s. v. Si proba est mea lectio, respexit Phil. illud Xenophontis Mem. II. 1, 34. *ἐκόσμησε* (Prodicus) *μέντοι τὰς γνώμας ἔτι μεγαλειότεροις ῥήμασιν, ἢ ἐγὼ νῦν*. De voce *ἐπίδειξις* vide copiosam Wyttenbachii notam ad Eunapium p. 36, 37.

In sequentibus *περιφοιτῶν τὰ ἄστη κ. τ. λ.* imitatus est Philostratus locum Platonis ex Protagora 315. a. *ξένοι, οὓς ἄγει ἐξ ἑκάστων πόλεων ὁ Πρωταγόρας, δι' ὧν διεξέρχεται, κηλῶν τῇ φωνῇ ὥςπερ Ὀρφεὺς, οἱ δὲ κατὰ τὴν φωνὴν ἕπονται κεκηλημένοι*, quem laudare poterat Jacobsius, in Additamentis ad Athenaeum p. 264. conf. epistolam XIII. p. 919. . . . *ἐπειτὴ δὴ διεφοίτων θέλγοντες μικράς τε καὶ μείζους πόλεις, τὸν Ὀρφέως καὶ Θαμύρου τρόπον* *).

P. 483. *διὰ τί ἔφη, ὦ Γοργία, οἱ κύαμοι τὴν μὲν γαστέρα φυσῶσι, τὸ δὲ πῦρ οὐ φυσῶσιν*; — —

---

*) Plat. Conviv. XXIII. p. 52. Ast. *θέλγων πάντων θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων νόημα*. Plotinus p. 435. A. *οὐδ' ὁ λόγος ὑπὸ μουσικῆς θέλγεται, ἀλλ' ἡ ἄλογος ψυχή*, ubi plura collegi. *Cr.*

ἐγὼ δὲ ἐκεῖνο πάλαι οἶδα, ὅτι ἡ γῆ τοὺς νάρθηκας ἐπὶ τοὺς τοιούτους φύει.

Idem interrogat persona apud Heniochum, conf. Athenaeum l. IX. p. 408. Jacobs. Addit. ad Ath. p. 217. 218. Quod Gorgiae responsum adtinet, cf. Vita Apoll. L. VIII. c. 3. p. 323. μηδὲ νάρθηκα, εἶπεν, ἐπὶ τοὺς ἀνοήτως αὐτὸν ταῦτα πείθοντα; Lusit ille sophista ambiguitate vocis νάρθηξ, notantis et ferulam, in qua Prometheus coelestem ignem conservavit, v. Aesch. Prometh. 109. et fustem. Cf. Doederlein Synonyme III. 265.

Δεινότητα δὲ οἱ Ἀθηναῖοι περὶ τοὺς σοφιστὰς ὁρῶντες, ἐξεῖργον αὐτοὺς τῶν δικαστηρίων, ὡς ἀδίκῳ λόγῳ τοῦ δικαίου κρατοῦντας, καὶ ἰσχύοντας παρὰ τὸ εὐθύ. ὅθεν Αἰσχίνης καὶ Δημοσθένης προὔφερον μὲν αὐτὸ ἀλλήλοις, οὐχ ὡς ὄνειδος δὲ, ἀλλὰ ὡς διαβεβλημένοι τοῖς δικάζουσιν.

Ex vulgata διαβεβλημένοι idoneum sensum non elicias, qui existet, si levi mutatione scripseris διαβεβλημένον; quam correctionem nostram firmat Cod. Gud. — De significatione vocabuli δεινότης cf. Jac Perizonius ad Aelian. Var. Hist. l. I. et in Addendis p. 977. J. Ch. Wolf. ad Libanii Epist. 1037. C. Fr. Hermann. ad Lucianum de conscr. hist. c. XVIII. p. 263. Wyttenbcah. ad. Plutarch. de discern. adul. ab amico p. 50. C.

P. 484. Αἰσχίνης οὐκ ἄν μοι δοκεῖ πρεσβεῦσαι παρὰ Ῥοδίοις, ἃ μήπω ἐγίγνωσκεν εἰ μὴ καὶ Ἀθήνησιν αὐτὰ ἐσπουδάκει.

Hic Ol. verbum πρεσβεύειν eadem, qua προτιμᾶν (praeferre) significatione sumi vult, laudans Hesychium, Basilium, Synesium; H. Valesius (Emendat.

l. III.) correctionem proponit ἐπαίδευσεν, memor eorum, quae infra (p. 509.) narrat Philostr. σοφιστῶν φροντιστήριον ἀποφήνας τὴν Ῥόδον αὐτοῦ διήτατο. Perperam. Vox πρεσβεύω, honoro, magni facio, est Platonica, conf. Symp. p. 186. b. ἵνα καὶ πρεσβεύωμεν τὴν τέχνην, adde 188. c. Crito 6. b. πρεσβεύω καὶ τιμῶ τοὺς αὐτοὺς λόγους, οὓς καὶ πρότερον. Vid. Wyttenb. ad Plut. de Pueror. educ. Tom. VI. p. 1, 108. Hoc dicit Noster: Satis apparere, illam oratoris vim, animos auditorum quolibet perducendi, minime contemtam fuisse ab Aeschine, qui apud Rhodios, hujus artis adhuc ignaros (scilicet ἐγίγνωσκεν, sententia loci flagitante, mutabis cum Valesio in ἐγίγνωσκον) itaque eius nec amore, nec odio, ut Athenienses, captos, tantum prodiderit istiusmodi eloquentiae studium.

LIBER PRIOR.

DIAS.

P. 486. τὸν Φίλιππον ἐπὶ τὴν Ἀσίαν στρατεύειν ἐποίησε.

Cum Philippus illam expeditionem nunquam aggressus sit, quamquam, quin, etiam sine Dia auctore, eam facere in animo habuerit, non est dubitandum suspicor, Nostrum scripsisse ἔπειθε, vel ἔπεισε, quam lectionem librarius Itacismo deceptus corruperit. Simillima leges infra de Isocrate Graecis ut bellum Medis inferant, suadente (p. 505.): τὴν Ἑλλάδα πείθων ἐπὶ τὴν Ἀσίαν στρατεύειν (cf. p. 493.). De confusione formarum ἐποίησε et ἔπεισε vid. Boissonadium

ad Marini vitam Procli p. 89. et Bastii epist. crit. ad Boissonadium p. 211. *)

DIO.

P. 488. ἔξω τοῦ φιλοσοφίας ἤθους.

Amat hanc dictionem Philostratus. Cf. Imag. II. p. 826. λογισμοῦ δὲ εἴσω μᾶλλον ἢ τόλμης. p. 838. ἔξω ἐρωτικῶν φροντίδων. 845. οὐκ εἴσω τέχνης. Jacobs in Imag. p. 457. Heroic. 708. cum nota Boissonadii pag. 524. Apud ipsum Dionem or. XXXIII. pag. 408. D. μηδὲ αὐτὰς ὁρᾷν ἔξω τῆς ὁδοῦ μηδέν· καίτοι τί δύνανται τοιοῦτον ἰδεῖν, οἷον ἀκούουσιν; nescio an legendum sit ἔξω τῆς αἰδοῦς.

Ib. καὶ εἰπὼν ταῦτα καὶ δηλώσας ἑαυτὸν, ὅτι μὴ πτωχὸς, μηδ' ὧν ᾤοντο, Δίων δὲ εἴη ὁ σόφος κ. τ. λ

Fortasse homo modestus philosophum potius quam sapientem se appellavit; hoc certum est, non raro has voces σοφὸς et φιλόσοφος in codd. confundi. Conf. Spec. cr. G. J. Bekkeri in Philostrati Vit. Apoll. p. 28. Wyttenbach. ad Plut. de Amic. multit. Vol. VI. 653. Etiam σοφιστὴς hic locum habere possit; ex quo scripturae compendio σοφὸς saepius factum; cf. p. 542. φάσκοντες αὐτὸν τὰς μὲν ἐπιφορὰς ἀριστὰ σοφῶν μεταχειρίσασθαι, ubi ex optimo libro Parisiensi σοφιστῶν correxit Boissonadius (Heroic. p. 546.). Sophista dicitur Dio a Philostrato supra p. 487. ὁπόσα οὐχ ὑπὲρ μεγάλων ἐσπούδαστται τῷ Δίωνι μὴ μικρὰ

*) Ad versiculos in *Philostrato* p. 486: πανσόφου ὀργὴν ἴσχε adhibe Wyttenbach. in Plutarchi Morall. Animadverss. Vol. II. p. 659. *Cr.*

ἡγώμεθα ἀλλὰ σοφιστικά. σοφιστοῦ γὰρ τὸ καὶ ὑπὲρ τοιούτων σπουδάζειν.

Ib. ἡ πειθὼ τοῦ ἀνδρὸς οἷα καταθέλξαι καὶ τοὺς μὴ τὰ Ἑλλήνων ἀκριβοῦντας. Scribe οἵα. Vitium in accentu frequens notavit etiam Jacobs ad Ach. Tat. p. 699. Idem in Polemonis Vita p. 540. l. 6. pro οἵα corrigendum esse οἷα monuit, Imag. p. 563. Addam tertium locum, V. S. 570: Ἑλένη τις γέγραπται, οἷα ἀνάθημα εἶναι. Scr. οἵα.

FAVORINUS.

P. 489. θερμὸς δὲ οὕτω τι ἦν τὰ ἐρωτικὰ κ. τ. λ. Quam male Ol. τις repudiaverit, docent Jacobsius Additam. ad Athenaeum 160. et Boissonadius ad Eug. Nicetam p. 268. Etiam Cod. Pal. habet τις.

P. 490. Ἀθηναίοις δὲ δεινὸς ἐφαίνετο. Iterum lapsus est editor Lipsiensis. Pro lectione omnium librorum, et scriptorum et excusorum δεινὰ, posuit δεινὸς, animo aberrans ad Gorgiae usque tempora quum haec scripsit: „Nempe δεινὸς illis visus est, ut qui efficere possit, ut κρείττονα λόγον vinceret ἥττων.“ Habet tamen ea in re assentatorem Wolfium ad Libanii epistolam 1037. Nihilominus recte hic legitur δεινὰ, referendum ad superiora: ταῦτα (sc. controversiae Imperatoris cum Favorino) ὁ μὲν αὐτοκράτωρ διατριβὴν ἐπεποίητο; i. e. ipsi nihil fuerant nisi lusus ad tempus fallendum et animum laxandum instituti, sed aliter acceperunt eos Athenienses: χαλκὴν (scr. χαλκῆν, ut recte habet Cod. Pal.) εἰκόνα κατέβαλον τοῦ ἀνδρὸς, ὡς πολεμιωτάτου τῷ αὐτοκράτορι. — Jacobsii lectio elegantissima δεῖμα pro δεινὰ (conf. ad Imag. pag. 440.) est fortasse minus necessaria.

καὶ ξυνδραμόντες αὐτοὶ, μάλιστα οἱ ἐν τέλει Ἀθηναῖοι. Hanc distinctionem non typothetae errorem esse, versio Olearii ostendit: ipsi igitur convenientes, maxime qui magistratus munere fungebantur Athenienses. Recte editio Florentina omittit stigma post αὐτοὶ. Locutio Philostrato est familiaris. Conf. p. 499. Ἀντιφῶντος λόγους κατὰ τοῦ δικαίου ξυγκειμένους ἀποδιδομένου πολλῶν χρημάτων, αὐτοῖς μάλιστα τοῖς κινδυνεύουσιν. Eadem pag. οὐκ ἀπεικὸς ἦν, γενέσθαι καὶ τὸν Ἀντιφῶντα κωμῳδίας λόγον αὐτὰ μάλιστα κωμῳδσύσης τὰ λόγου ἄξια. p. 504. Imag. p. 806.

ποῦ σε ἴδου, καὶ ποτε σου περιλείξω τὸ στόμα. Doctissime haec illustravit Jacobsius ad Imag. p. 399. Simile est quod tradit Eunapius in Vita Proaeresii, quem admirantes discipuli περιλιχμήσασθαι αὐτοῦ τὰ στέρνα dicuntur *).

P. 491. ἥρμοστο δὲ τὴν γλῶτταν ἀνειμένως μὲν, σοφῶς δὲ καὶ προθύμως. Veram lectionem ποτίμως praeter Cod. Gud. et Parisin. 1696. offert Palatinus quoque liber. Ed. Flor. προτίμως, unde Olearius facile poterat ποτίμως coniicere, si magis attendere voluisset Nostri elegantiam in imitanda Platonica dictione. Cf. Phaedr. 243. d. V. S. II. 16, 597. 28, 620. **)

Ib. τοὺς φιλοσοφουμένους αὐτῷ τῶν λόγων, ὧν ἄριστοι οἱ Πυῤῥώνειοι. Cf. Aegid. Menagius ad Diog. Laert. l. IX. segm. 87. Gellius Noctt. Att. XI. c. 5.

---

*) Sequentia Αὐτολυκόθου attigit Wyttenb. ad Plutarchi Morall. Animadvv. Vol. I. pag. 428. *Cr.*

**) Cf. Hemsterhus. ad Luciani Dialogg. Marin. 3. pag. 353. Bip. Wyttenb. in Biblioth. Crit. VII. p. 17. et Lectt. Platonn. ad calcem Plotini de Pulcritud. p. 462 sqq. *Cr.*

GORGIAS.

P. 493. Ἐμπρέπων δὲ καὶ ταῖς τῶν Ἑλλήνων πανηγύρεσι, τὸν μὲν λόγον τὸν Πυθικὸν ἀπὸ τοῦ βώμου ἤχησεν, ἐφ' οὗ καὶ χρυσοῦς ἀνετέθη ἐν τῷ τοῦ Πυθίου ἱερῷ.

De illa statua conferendus est Pausanias VI. 17. Dictionem χρυσοῦς ἑστάναι, ἀνατεθῆναι tractavit Boissonadius ad Heroica p. 397. laudans Plat. Phaedr. §. 26. cum nota Heindorfii, et N. A. V. 217. adde Berglerum ad Alciphronem p. 127. Pro ἐφ' οὗ sine dubio scribi debet ἐφ' ᾧ propter quam (orationem) notâ significatione.

ὁ δὲ ἐπιτάφιος, ὃν διῆλθεν Ἀθήνησιν, εἴρηται μὲν ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν πολέμων πεσοῦσιν κ. τ. λ.

Ista verba πεσοῦσιν adjectione post ἐκ τῶν πολέμων structura fit soloeca pro ἐν τῷ πολέμῳ πεσοῦσιν. Ni fallor, delendum est, respicienti Thucydidis locum, ex quo manasse haec videntur, II. 34. de sepultura eorum, qui pro patria ceciderant: τιθέασιν οὖν ἐς τὸ δημόσιον σῆμα, ὅ ἐστιν ἐπὶ τοῦ καλλίστου προαστείου τῆς πόλεως καὶ ἀεὶ ἐν αὐτῷ θάπτουσι τοὺς ἐκ τῶν πολέμων, πλήν γε τοὺς ἐν Μαραθῶνι etc. Hinc apparet, πεσοῦσιν ut glossam marginalem ad intelligendum haud necessariam irrepsisse in textum. Sic me assentientem habebit, qui etiam illa in Vita Philisci V. S. II. 624. ἐτάφη ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ, οὗ τίθησιν τὸν ἀγῶνα ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν πολέμων θαπτομένοις ὁ Πολέμαρχος emendanda censeat expunctione verbi θαπτομένοις, quo facile carebimus. Restat tertius locus, cui eandem medicinam afferre audemus in Vita Phoenicis p. 604. κεῖται γὰρ πρὸ τῆς ἐκ τῶν πολεμίων, ubi haec notat Olearius: „nempe potuit via

dici ἐκ τῶν πολεμίων, quae ex hostico solo procederet, nomen hoc nacta ab hostibus, qui forte aliquando Atheniensibus in ista parte fuerint." Lege tu, si placet, mecum πρὸ τῶν ἐκ τῶν πολέμων. Ne quem repetitio articuli τῶν male habeat, comparet illud Xenophonteum, Mem. I. c. 3. §. 4. οἵτινες παρὰ τὰ παρὰ τῶν θεῶν σημαινόμενα ποιοῦσι τι κ. τ. λ.

P. 494. κατὰ τῶν βαρβάρων — — κατὰ Ἑλλήνων. Concinnius cum Pal. κατὰ τῶν Ἑ. nisi malis pro κατὰ τῶν βαρβάρων legere κατὰ βαρβάρων cum Cod. Gud.

PROTAGORAS.

P. 494. ἐπὶ τῆς Ἑλλάδα ἔλασιν. Scribe Ἑλλάδος.

Ib. οὐ γὰρ παιδεύουσι τοὺς μὴ Πέρσας Πέρσαι μάγοι. Vox Πέρσαι redolet glossema; scribendum videtur τοὺς μὴ Π. οἱ μάγοι.

Ib. (οἱ) μάγοι γὰρ ἐπιθειάζουσι μὲν οἷς ἀφανῶς δρῶσι κ. τ. λ. De potestate verbi ἐπιθειάζειν Hesychius: ἐπιθειάζει· θεοὺς ἐπικαλεῖται. ἐπιθειάσας· κατευξάμενος. Cf. Jacobs ad Achill. Tat. II. 75. Minus recte Ol. vertit: ad deos referunt, debebat: deos invocant (vid. p. 590. ὁ δὲ ἐπιθειάσας μὲν ταῖς Μούσαις). Inde consequitur dativum οἷς sua ratione carere, quae illi non deerit, si addideris ἐν post μὲν, haec enim particula facillime praepositionem elisit. Quod constructionem adtinet, compara, quae p. 505. leguntur: ἐν οἷς πρὸς αὐτὸν ἔγραφεν. Ut hîc ἐν censeo adjiciendum, ita abjiciendum puto in loco Dionis Or. LVII. ab init. ἡ τοῦτο μὲν σχεδὸν, οὐ ἕνεκα φαμὲν (ἐν omitte) πᾶσι τοῖς ὀρθῶς λέγουσιν οὐδένα πείθεσθαι (sic scr. pro πείθεται).

Ib. διὰ μὲν δὴ τοῦτο, πάσης γῆς ὑπὸ Ἀθηναίων ἠλάθη, ὡς μέν τινες, κριθεὶς ὡς δ' ἐνίοις δοκεῖ, ψήφου ἐνεχθείσης μὴ κριθέντι.

Adversus ea Geelius (hist. cr. soph. p. 79.). At non verisimile est, Protagoram decreto Atheniensium in exilium ejectum esse: tunc enim non fuisset, quod sibi ab Atheniensium navibus caveret, jam isti decreto obediens et in mari navigans. In hoc enim Diogenes et Philostratus sibi contraria dicunt. Immo videntur Athenienses eum capitis damnasse, quod supplicium Protagoras parvula navi effugiens in mari periit. Quid dicat Philostratus, fugit scilicet Geelium, Graeca non caute legentem, et magis ad versionem Latinam attendentem. Itaque repugnantiam putat esse in illius verbis, cum quid πάσης γῆς ἠλάθη significet, minime videns, illa, quasi τῆς γῆς ἠ. scriptum esset, a Philostrato accipiat. Etenim ita capitis damnatus videtur Protagoras, ut cuivis liceret eum occidere, ubicunque terrarum inveniretur; quia de praesente supplicium sumi non poterat amplius. Ei rationi non adversatur Josephus c. Apionem (L. II. p. 1079. F.) εἰ μὴ θᾶττον ἔφυγε, συλληφθεὶς ἂν ἐτεθνήκει, nec Sextus adv. Mathem. L. IX. p. 319. παρ' ἣν αἰτίαν θάνατον αὐτοῦ καταψηφισαμένων τῶν Ἀθηναίων, διαφυγὼν καὶ κατὰ θάλασσαν πταίσας ἀπέθανε. Praeterea ineptum est de parva Attica dicere πάσης γῆς, et sine articulo soloecum.

HIPPIAS.

P. 495. παρῆλθε καὶ ἐς τὴν Ἴνυκον ὑπὲρ χρημάτων, τὸ δὲ πολύχνιον τοῦτο Σικελικόν εἰσιν, οὗς ὁ Πλάτων τῷ Ἱππίᾳ ἐπισκώπτει.

Haec, quae desunt et in editis et in Cod. Gud.

et Pal. Olearius addidit quidem ex suo codice, satis tamen corrupta. Primum pro Σικελικὸν pone Σικελοὶ; quae elegantia in Philostrato non rara est: cf. V. S. II. 574. ἡ Ἰωνία Ἕλληνες εἰσιν, omisso interdum verbo finito, ut V. S. 627. Ἀσπάσιον τὸν σοφιστὴν Ῥάβεννα μὲν ἤνεγκαν, ἡ δὲ Ῥάβεννα Ἰταλοί. Tum οὓς ὁ Πλάτων τῷ Ἱππίᾳ ἐπισκώπτει, a graecae linguae legibus abhorret, quia σκώπτειν accusativum regit, non dativum; nec, si vertere velis ut Olearius: „quos Plato in Hippia perstringit", verum tetigeris, nam loci ex Platonis Hippia maiore pag. 282. e. 283. c. 284. b. ostendunt, non Inyci incolas, sed ipsum Hippiam a Socrate haberi ludibrio. Itaque scribendum videtur: δι' οὓς ὁ Πλάτων τὸν Ἱππίαν ἐπισκώπτει. De confusione Iota subscr. cum ν finali conf. Schaeferi Meletemata critica p. 109. 110. *)

PRODICUS.

P. 496. Προδίκου δὲ, τοῦ Κείου, ὄνομα τοσοῦτον ἐπὶ σοφίᾳ ἐγένετο ὡς καὶ τὸν Γρύλλου Ξενοφῶντα, ἐν Βοιωτοῖς δεθέντα, ἀκροᾶσθαι διαλεγομένου.

Vocem Ξενοφῶντα ex glossa in textum esse intrusam, nemo inficias ibit. Recte sine isto additamento Xenophon laudatur in ep. XIII. p. 919. καὶ γὰρ δὴ καὶ ὁ τοῦ Γρύλλου φιλοτιμεῖται πρὸς τὸν τοῦ Προδίκου Ἡρακλέα. Similiter infra Σωφῖλος καὶ τὸν τοῦ Κλεινίου instituisse dicitur. Fortasse etiam in Vita Critiae

*) De confusione Κείου, Κίου, Χίου, Κῴου vid. L. Holsten. ad Steph. Byz. p. 147. et Wyttenb. in Philomath. III. p. 107. Prodici res attigit Broendsted in Reisen und Untersuchungen in Griechenland I. p. 68. *Cr.*

(p. 501. §. 2.), ubi leguntur haec: καὶ γὰρ ἂν κἀκεῖνο ἄτοπον, Σωκράτει μὲν τῷ Σωφρονίσκου μὴ ὁμοιωθῆναι αὐτὸν, alterutrum vel Σωκράτει, vel τῷ Σωφρ. abiici debet, atque vel Σωκράτει μὲν scribi, aut quod malim τῷ μὲν Σωφρονίσκου.

ANTIPHON.

P. 498. κακὸς δ' ἂν εἰκότως διὰ τάδε [φαίνοιτο]. Verbum uncinis inclusum nec editi habent, nec codd. mei, recte, nam nil, nisi indocti lectoris additamentum est, qui προςειρήσθω huc referri debere non videret. Quaerit Philostratus venustatem quandam sermonis in omittendo, si facile suppletur mente, verbo finito. Hoc fugit Hamakerum (Lect. Philostr. p. 28.), cum ad V. S. II. p. 628. αὐτοκράτωρ γὰρ δὴ ὁπότε ἐπιστέλλοι οὐ δι' ἐνθυμημάτων, οὐδ' ἐπιχειρήσεων, ἀλλὰ δόξης haec notavit: „Sententiae verbo suo destitutae bene consules scribendo οὐ δεῖ ἐνθυμημάτων", immemor verbi δέω hoc sensu pro δέομαι adhibiti exemplum non inveniri; cf. Dorville ad Charitonem p. 558.

P. 499. Ἀντιφῶντι μᾶλλον ἢ Διονυσίῳ προςγράφομεν. Etiam hic Conjunctivus restituendus videtur ex usu Philostrati solenni, cf. de ceteris locis Boissonad. ad Heroica p. 625. — V. S. I. p. 491. correctionem Viri doctissimi ἀποφαινώμεθα pro vulg. ἀποφαινόμεθα confirmat Cod. Pal. Ibidem ἡγώμεθα praebet Cod. Gud.

CRITIAS.

P. 501. πόλεμον Λακωνικὸν εἰπὼν ἐς πάντας, εἴ τις τὸν Ἀθηναῖον φεύγοντα δέξαιτο.

Εἰκὼν, a Hamakero relectum, ostendunt genuinum esse quae leguntur in Vita Herodis p. 561. Βασιλέου δὲ, τοῦ πεπιστευμένου τὸ ξίφος θανατὸν αὐτῷ φήσαντος, ὁ Ἡρώδης, ὦ λῷστε, ἔφη, γέρων ὀλίγα φοβεῖται, ubi etiam φάναι notionem minuendi habet. Nec τῶν Ἀθηναίων legi, ut Hamakerus vult, necesse erit, sed expungi articulum a barbara manu additum.

Ib. τὰ μὲν γὰρ ἀπαίδευτα ἤδη εὐπαράγωγα πάντως ἐς βίου αἵρεσιν.

Quae sit scriptoris sententia, facile apparet: rudes homines, ad quamvis, vel pravissimam vitae rationem duci posse, utpote qui, quod vivendi genus sibi eligendum sit, haud queant diiudicare. Est igitur in voce βίου, non in voce αἵρεσιν argumenti vis sita. Tum vero sententiae deest aliquid ad perspicuitatem et integritatem. Suum, ut mihi quidem videtur, Philostrato sine magna opera reddetur, pro πάντως si legere velis παντὸς. Πᾶς notat interdum contemtum; cf. Plat. Rep. 562. e. de legg. 843. c. et in nostro libro p. 625: εἶναι τὸ μὲν ζῶντα τὸν τύραννον ἐπικόπτειν ἀνδρὸς, τὸ δὲ ἐπεμβαίνειν κειμένῳ παντός *).

ISOCRATES.

P. 503. Ἡ δὲ Σειρὴν, ἡ ἐφεστηκυῖα τῷ Ἰσοκράτους τοῦ σοφιστοῦ σήματι, ἐφέστηκε δὲ οἷον ᾄδουσα, πειθὼ κατηγορεῖ τοῦ ἀνδρὸς, ἣν συνεβάλετο, ῥητορικοῖς νόμοις καὶ ἤθεσι.

Olearius quidem sic interpretatus est hunc locum: Suadam, quam oratoriae artis legibus sibi effinxit. Sed hanc significationem verbum ξυμβάλλεσθαι non

*) Ad locum ἐγοργίαζον ἐν Θετταλίᾳ adhibe Platonem in Menone p. 70. B. ibiq. interprr.

habet; frequentissimus est eius usus, ubi agitur de auxilio, alicui rei vel personae navato; conf. supra de Aeschylo pag. 492. πολλὰ τῇ τραγῳδίᾳ ξυνεβάλετο, adde V. A. VI. pag. 257. Itaque corrige ᾗ συνεβάλετο. Accusativus, quo data alicui opera significatur, etiam abesse potest; conf. Plat. Sympos. 184. e. cum nota Stallbaumii; hic eum excidisse putes, fieri quidem potuit, ut librarium, cum ἣν pro ᾗ scripsisset (de quá confusione litterae ν cum ι subscr. vide, quae notavimus ad p. 495.), male habuerit vox πολλὰ aut simile quid.

AESCHINES.

P. 508. καὶ ὑδὼρ πίνων, ὅθεν ἐν δυςκόλοις τε καὶ δυςτρόποις ἐγράφετο. Sunt ipsissima Demosthenis verba ex oratione Philippica II.

Ib. καὶ Πυλαγόρας ἀνακριθεὶς, οὔπω παρὰ τοῖς πολλοῖς πέφευγε τὸ μὴ (οὐκ addit recte Cod. Gud.) αὐτὸς Ἐλατείᾳ ἐπιστῆσαι τὸν Φίλιππον.

Verbum ἀνακριθεὶς corruptum est ex ἀναῤῥηθεὶς, quod de electis magistratibus usurpatum est a Nostro etiam supra p. 489. ἀρχιερεὺς ἀναῤῥηθεὶς ἐς τὰ οἴκοι πάτρια, et V. A. VI. 269. ἀναῤῥηθεὶς δὲ αὐτοκράτωρ ἐν τῇ Ῥώμῃ. Eandem locutionem habes in loco Demosthenicae orationis pro Corona, quem ante oculos habuisse videtur Philostratus: προβληθεὶς Πυλαγόρας οὗτος (Aeschines) καὶ τριῶν ἢ τεττάρων χειροτονησάντων αὐτὸν ἀνεῤῥήθη (ed. Reiske p. 244.). Nolo praetermittere, plura ex illa oratione huc verbotenus esse transscripta, ut hoc: εὐπροςώποις λόγοις καὶ μύθοις, et infra: λόγους, ὑφ' ὧν (Dem. habet ὅθεν) ἡ Κιῤῥαία χώρα καθιερώθη.

P. 509. ἀτιμίᾳ ἐξιστάμενος, ᾗ ὑπήγετο ὑπὸ Δημοσθένει καὶ Κτησιφῶντι. Aut ὑπὸ Δημοσθένους καὶ Κτήσιφῶντος legendum aut praepositionem delendam esse arbitror.

NICETES.

P. 512. οὐ γὰρ ἄν ποτε ἄνδρα τοιοῦτον ἐφ' ἑαυτῷ γεγονότα, οὔτ' ἂν ἀποκτεῖναι ὁ Ῥοῦφος, οὔτ' ἂν ἕτερον ζημιῶσαι οὐδέν κ. τ. λ.

Illud ὁ Ῥοῦφος noli mutare in τὸν Ῥοῦφον, haec enim ἀνακολουθία nominativum cum infinitivo, ubi acc. c. inf. ex usu linguae exspectatur, ponendi, in elegantias referenda est sophistae, qui saepius repetere adamat, quae alicui veterum scriptorum nonnisi semel vel bis exciderant. Et Platonis quidem afferendus hîc locus est ex Apologia Socratis, 23. a. ὄνομα δὲ τοῦτο λέγεσθαι, σοφὸς εἶναι, et in Gorgia 503. d. ἠναγκάσθημεν ἡμεῖς ὁμολογεῖν, ὅτι αἱ μὲν τῶν ἐπιθυμιῶν πληρουμέναι βελτίω ποιοῦσι τὸν ἄνθρωπον, ταύτας μὲν ἀποτελεῖν, αἱ δὲ χείρω μή. τούτου δὲ τέχνη τις εἶναι; ubi Stallbaumius lectionem omnium Codd. defendit adversus Astii et Heindorfii coniecturas. Sic Noster V. A. VIII. p. 369. τελευτῆσαι δὲ οἱ μὲν ἐν Ἐφέσῳ, θεραπευόμενον ὑπὸ δυοῖν δμωαῖν, τεθνάναι γὰρ ἤδη οἱ ἀπελεύθεροι. Eadem in pagina: τελευτήσαντος οὖν, ἡ μὲν δουλεῦσαι ἐκείνῃ, ἥδ' ἐκ μικρᾶς αἰτίας ἀποδόσθαι αὐτὴν καπήλῳ. Adde l. VIII. 345. τετμῆσθαι μὲν αὐτὸν ὑπ' ἐμοῦ νύκτωρ — — εἶναι δὲ πατέρων τε ἀγαθῶν ὁ παῖς οὗτος.

P. 513. καὶ πῶς ἀναχθήσῃ.

Olearius se plane non intelligere festivum hunc iocum prodidit perversa coniectura πῶς ἀναδήσῃ, qua frigidus sensus: quemadmodum insulam navi alligabis, existit. Hoc potius innuit Isaeus: Nicetam, qui alligandam esse Aeginam (insulam) navi regiae, quasi captivam navim, Xerxem vel alium quem Persarum dicentem fecerit, insulsa usum esse παραδοξολογίᾳ, cum Xerxes tanta mole retentus, quomodo evehatur in altum, non habeat. Quod ad usum verbi ἀναδεῖσθαι pertinet, cf. Baehrii, V. cl. notam ad Plut. Alcibiadem p. 230. et Sturzii Lex. Xenoph. s. v. De nautico verbo ἀνάγεσθαι v. quae monuit Creuzerus ad Plotinum de pulcritudine p. 347.

P. 514. καὶ τὸ βράχεως ἑρμηνεύειν, καὶ πᾶσαν τὴν ὑπόθεσιν συντελεῖν ἐς βραχὺ, Ἰσαίου εὕρημα, ὡς ἐν πλείοσι μὲν ἑτέροις, μάλιστα δὲ ἐν τοῖςδε ἐδηλώθη.

At exempla hîc allata non possunt Isaeum arguere inventorem ὑποθέσεως breviter enuntiandae fuisse, sed praestantiam tantum huius viri in ea re monstrare. Τὸ βράχεως ἑρμηνεύειν autem, ut ex eloquentiae indole intelligitur, inveniri nullo modo potest. Propterea εὕρημα pro corrupto habere non dubitaverim, eiusque loco repositum velim ὥρα. Simillime Noster supra (pag. 503.) καὶ τὸ ἀσηκδέτως δὲ χωρίῳ προςβαλεῖν Κριτίου ὥρα. — Ad sequentia: οὕτω στῆτέ μοι καὶ τετεχείσμεθα cf. Plut. Apophthegmata Laconica 210. E. ed. Wyttenb. Vol. I. 840.

SCOPELIANUS.

P. 515. βοῦν ἀφωνίας ἐπ' αὐτὴν βεβλημένοι. Cf. de hae dictione Stanley ad Aeschyli Agamemnonem v. 35. Utitur ea h. l. Philostratus non eo sensu, quo usurpari solet.

P. 516. ἐφοίτησε δὲ τοὺς ῥητορικοὺς τῶν λόγων παρὰ τὸν Σμυρναῖον Νικήτην.

Constructio minus usitata, haud tamen aliena a Ph. stylo, qui, ut Photius dixit, ἀπαγγελίᾳ μὲν κέχρηται γλυκείᾳ καὶ ποικιλωτάτῃ, καὶ λέξεσιν ἐμπρεπούσαις φράσει τοιαύτῃ, συντάξεσι μέντοιγε τοιαύταις, οἵαις οὐκ ἄν τις ἄλλος ἐς τὸ συγγράφειν τεταγμένος. Δοκοῦσι γάρ πως ἀσυνταξίαις μᾶλλον ἐοικέναι, ἢ συντάξεως ὁτιοῦν μετέχειν. Cod. CCXLI. p. 540. ed. Hoesch. Huc etiam haec ἀσυνταξία accusativi absoluti, i. e. a verbo non pendentis referri debet. Aliud exemplum pete ex Vita Herodis p. 564. τοὺς δὲ κριτικοὺς τῶν λόγων, Θεαγένει τε τῷ Κνιδίῳ, καὶ Μουνατίῳ τῷ ἐκ Τραλλέων συνεγένετο. Tueri potest se Noster Platonis auctoritate Meno 91. a. ταύτην οὖν τὴν ἀρετὴν σκόπει, παρὰ τίνας ἂν πέμποντες αὐτὸν ὀρθῶς πέμποιμεν (ubi lege notam Biesteri), quem locum si vir clarissimus Matthiae §. 427. a. 3. non praeteriisset, vix dubito, quin aliter de hac constructione indicaturus fuerit.

P. 517. οὐχὶ τουτὶ χρὴ θαυμάζειν, ἐπεὶ πρεσβύτην ἐρῶντα ἐθέλξεν . . . . ἀλλ' ὅτι καὶ τῆς τοῦ Σκοπελιανοῦ νεότητός τε καὶ τῆς ἐν δικαστηρίοις ἀκμῆς κρείττων ἔδοξεν.

Hominem adolescentem in talibus negotiis vinci non est, quod tantopere quis miretur; id magis mirum, si vir eloquentia clarus in causa vincibili litem

perdit. Velim ideo pro νεότητος scribi δεινότητος, quod apte iungitur τῇ ἐν δικαστηρίοις ἀκμῇ, et quo referri puto, quod paullo post legitur: ἀντεξέτεινε τῇ ἐκείνου δεινότητι τὸν ἐκείνου πλοῦτον. Ol. cum id non videret, pessime coniecit οὐδ' ὅτι pro ἀλλ' ὅτι, tollens necessariam membrorum ἀντίθεσιν; nam postquam, quid non mirandum sit, indicatum est, scire iam cupimus, quid nos movere debeat.

P. 521. τοῦ δ' αὐτοσχεδιάζειν ἤρα μόνον. οὐ μὴν ἐθάῤῥει γε αὐτῷ.

Secundum Thomae magistri praeceptum s. v. θαῤῥῶ, εἰ μὲν ἀντὶ τοῦ ἐλπίζω ἐστὶ, δοτικῇ συντάσσεται, εἰ δὲ ἀντὶ τοῦ τολμῶ, αἰτιατικῇ. Hîc quoque αὐτὸ pro αὐτῷ reponendum est; cf. Jacobs Animadv. in Athen. p. 224. Boisson. ad Heroic. 364. et ad Nic. Eug. p. 275. Scholia ex cod. Schellershemiano in G. J. Bekkeri Spec. Phil. p. 129. Heindorf. ad Pl. Phaedr. 239. d. Matth. gr. §. 414, 12.

Ib. καὶ τὸν πατέρα δὲ ᾖσαι διανοηθεὶς, ἀπαγγέλλει οἱ μελέτην εἰς τὴν ἰδέαν τοῦ ξένου.

Cod. Vaticanus habet ᾖσαι, quae etiam Olearii, priusquam illum librum inspexit, coniectura fuerat. H. Valesius proposuit δελεάσαι. Locus mihi sanus videtur, et sic Latine reddendus: cum patris laudandi consilium cepisset, recitavit ei declamationem, qua hospitis genus dicendi imitaretur. Illud institutum, ut praesens praesentem, quae est insignis captatio benevolentiae, laudibus extolleret, illis temporibus valde in usu erat *). De Aeschine Noster (p. 482.) τοῦτον

*) Cf. Himerii Orat. XXIII. 10. p. 782 — 784. Wernsdorfii. *Cr.*

πλεύσαντα ἐς Ῥόδον παρὰ τὸν Κάρα Μαύσωλον, σχεδίῳ αὐτὸν λόγῳ ᾖσαι. Sic Polemo Herodem ἀφικόμενον ἐς τὴν ἐπίδειξιν ἐδέξατο ἐπαίνῳ μακρῷ καὶ ἐπαξίῳ τῶν Ἡρώδου λόγων τε καὶ ἔργων. In Liban. ep. 1001. τοῖς αὐτοῦ ῥεύμασιν, οἷς καὶ ἡμᾶς ἐστεφάνωσε λόγον (ita male legit Ch. Wolf; corrige λόγων) ἔπαινον ἡμῶν εἰπὼν, ὡς ἐγὼ μὲν ἠρυθρίων. Huc etiam pertinet, quod V. A. IV. 170. Apollonius quaerit ex adolescentulo, laudationibus ita dedito, ut in Iovem componeret encomium: τὸν πατέρα ἤδη ποτὲ τὸν σαυτοῦ ἐπῄνεσας, cui respondet ille ἐβουλήθην, ἀλλ' ἐπεὶ μέγας τέ μοι δοκεῖ καὶ γενναῖος . . . . παρῆκα τὸν ἐς αὐτὸν ἔπαινον, ὡς μὴ αἰσχύναιμι τὸν πατέρα λόγῳ ἥττονι.

Ib. τουτὶ δὲ συνιέντι Ἡρώδου, καὶ τῶν τοῦ Πακτωλοῦ πηγῶν ἥδιον. *)

Τουτὶ sc. honorificam appellationem magistri; quam πρόςρησιν quia ab ingeniosissimo adolescente Herode accepit, maxime gavisus est Scopelianus. Sic Protesilaus a vinctore ὁ τῆς Λαοδαμείας vocatur, τουτὶ γὰρ χαίρει ἀκούων. Cf. Boiss. ad Heroic. p. 307. Ξυνίημι audiendi notione habes infra p. 530. ξυνιεὶς δωριάζοντος, ubi perplacet Wesselingii correctio: παραβαλῶ μὰν καὶ μελετάσομαι; v. Observv. varr. p. 176. Amst. 1727.

DIONYSIUS.

P. 522. διεξιὼν γὰρ τὸν Δημοσθένην τὸν μετὰ τὸν περὶ Χαιρώνειαν θρῆνον προςαγαγόντα τῇ βουλῇ ἑαυτόν.

---

*) Himerius Orat. III. 6. p. 436. χρυσοῦν γὰρ ὁ Λύδιος λόγος ἐπονομάζει τὸν Πακτωλόν. *Cr.*

Verba τὸν περὶ et θρῆνον reiecit iam Valckenaerius ad Theocr. Adoniaz. p. 890. In Cod. Pal. verba θρήνῳ — περὶ Χαιρώνειαν exciderunt. Mox idem pro ὁ Χαιρώνεια habet ὁ Χαιρώνειαν, non male; cf. Eurip. Troades v. 138.

τοῖς κρινομένοις ἐπὶ τῷ μισθοφορεῖν Ἀρκάσιν ἀγορὰ πολέμου πρόκειται, καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων κακὰ τὴν Ἀρκάδων τρέφει καὶ περιέρχεται πόλεμος αἰτίαν οὐκ ἔχων.

Quae sit huius loci sententia recte quidem intelligens Olearius, tamen non animadvertit mendum, quod, nisi egregie fallor, est in postremis οὐκ ἔχων. Πόλεμος enim αἰτίαν οὐκ ἔχων bellum est aut non reprehensum, non reprehendendum, aut nulla causa idonea motum (cf. p. 507. φύεται μῖσος αἰτίαν οὐκ ἔχων), non bellum nemini exprobrandum. Nos ex usu ipsius Demosthenis (cf. or. pro cor. p. 275. ed. Reisk.), quem egit in ista ὑποθέσει Dionysius, fortasse non inepte reponemus αἰτίαν οὐκ ἐπάγων (v. etiam Ph. 538. δωροδοκίαν, ἣν ἦγεν ἐπ' αὐτὸν Δημάδης) sc. Arcadibus, quorum mercenaria militia Graecis, qui ea vel maxime indigebant, non amplius erat invisa, nec illorum criminationibus obnoxia.

P. 523. ἔστω ὅτι βούληται. Immo βούλονται, nam poetas a scriptore intelligi facile videas. Veram hanc lectionem exhibent duo libri scripti, quos contuli.

P. 524. οὔτε ἐρωτικήν που αἰτίαν ἔλαβεν, οὔτε ἀλάζονα. Hinc firmatur locus in Plutarchi Moralibus p. 26. F. conf. not. Wyttenb. Animadv. Vol. I. p. 253. οὐδὲν αἰσχρὸν, οὐδὲ ἐρωτικὸν ἐποίησε.

P. 525. ἔοικεν, εἶπεν ὁ Δωρίων, ἀτρέφειν σε ὁ νεανίας. Sic Plut. Alcibiad. ed. Baehr. p. 8, cuius

notam p. 91. ta confer. Ibidem laudat Vir doctissimus Platonis Symp. p. 215. c.: ἥ τε καρδία πηδᾷ καὶ δάκρυα ἐκχεῖται κ. τ. λ., quem locum praeter Plutarchum etiam Noster, sive quem loquentem inducit, Dionysius respexit in seqq. ἐς πήδησιν ἄγει τὴν καρδίαν, καὶ τὴν γνώμην, ἐνθυμουμένου, ὡς πολλοὶ ἐπαινέται αὐτοῦ *). Cf. Pl. de legg. 791. a. Praebent hic ambo codd. πολλοὶ οἱ, quod sine dubio anteponendum est, cum certos quosdam Polemonis laudatores in animo habeat Dionysius.

Ib. ἰσχὺν ἔφη, (adde ὁ ex codd.) ἀθλητὴς ἔχει, ἀλλ' οὐκ ἐκ παλαίστρας. ταῦτα ὡς ἤκουσεν ὁ Πολέμων, ἦλθε μὲν ἐπὶ θύρας τοῦ Διονυσίου, μελέτην αὐτῷ ἐπαγγέλλων. ἀφικομένου δὲ διαπρεπῶς, ἀγωνιζόμενος προςῆλθεν ὁ Διονύσιος, καὶ ἀντερείσας τὸν ὦμον, ὥςπερ οἱ τῆς σταδιαίας πάλης ἐμβιβάζοντες, μάλα ἀστείως ἀπετώθασεν, εἰπών· ἦσαν ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.

Polemo adhuc iuvenis, quum iniquius, ut sibi quidem videbatur de eloquentia sua iudicium a Dionysio, tum iam senescente, latum audisset, convenit eum, ad certamen sophisticum provocaturus. Illi vero, adolescentem, quem modo palaestra nondum exercitatum dixerat, ridet iterum, ac, quid sentiat, gestu παιδοτρόφων in palaestritis initiandis usitato significat: ἀντερείσας τὸν ὦμον, ὥςπερ οἱ τῇ σταδιαίᾳ πάλῃ (sic enim corrigendum) ἐμβιβάζοντες. Haec verba perperam vertit Olearius: non secus, atque illi, qui

*) Fons locutionis est in carmine Sapphus apud Longin. X. 2. cf. Heusdii Initia philosophiae Platonicae p. 130. πηδήσεις καρδίας usurpat Plutarchus de Virtute morali p. 451. A. p. 840. ed. Wyttenb. *Cr.*

luctam in stadio ingrediuntur; nam ἐμβιβάζω intransitiva notione caret, qua de re cf. Ruhnken. ad Tim. s. v. συμβιβάσει, Stallb. ad Rep. V. 504. B. De significatione huius verbi lege Jacobs ad Imag. pag. 406. Quoniam vero D. se ingredi certamen cum Polemone simulavit tantum, nec revera certavit, „ὡς ἀγωνιζόμενος" legi velim; quae particula post vocem διαπρεπῶς facile excidit. Pro genitivo ἀφικομένου dativus participii, pendens a προςῆλθε requiri videtur. Praeterea hoc quoque erratum est ab Oleario, quod διαπρεπῶς ἀφικέσθαι intellectu nusquam obvio sumsit, pro: rem praeclare gerere, decedere declamatione cum laude habita. Immo prohibitus est ab ἐπιδείξει suae facultatis Polemo Dionysii eleganti ioco, sibi, ut γηράσκοντι cum homine iuveni non pugnandum esse ostendentis atque immodestiae arguentis illum, qui in artis elementis adhuc haerens, certamen cum clarissimo sophista inire gestiret *). ἀφικέσθαι verbum proprium de accedentibus ad certamen rhetoricum, cf. Pl. Protag. 335. a. ἐγὼ πολλοῖς ἤδη εἰς ἀγῶνα λόγων ἀφικόμην ἀνθρώποις. ἀπετώθασιν in ἐπετώθασεν mutandum esse, monuit Ruhnken. ad Tim. (s. v. τωθάζω) **).

LOLLIANUS.

P. 527. τὸ ἐπιχειρηματικὸν ἐν ἐπινοίᾳ τεχνικῇ κείμενον. Lege potius τὸ ἐπιχείρημα ἐν ἐπ. τ. κ. Nam ἐπιχειρηματικὸς est exercitatus in argu-

*) Cf. Cic. pro Sulla 16: Nondum, statuo, te virium satis habere, ut ego tecum *luctari* et congredi debeam. *K.*

**) Cf. Ezech. Spanhem. Epreuves des Remarques sur les Césars de l'Empereur Julien p. 99. et Wernsdorf ad Himerii Orat. XIII. 4. p. 592. *Cr.*

mentationibus, ut docet H. Steph. s. v. Non minus vitiose Cod. Gud. p. 495. pro μνημονικὸν habet μνημονευτικὸν.

Ib. ναυμαχῶν. Osann. in Additam. ad Lexica Graeca proposuit νομομαχῶν, ut veriorem lectionem. Vellem rationem suae opinionis addidisset vir clarissimus.

MARCUS.

P. 529. καὶ μετὰ ταῦτα γὰρ ἥκων ὁ Μάρκος ἐς τὰ Μέγαρα, οἰκισταὶ δὲ Βυζαντίων.

Coniunctio γὰρ sensum hic praebet nullum; quid enim ex modo dictis, eo, quod Marcus venit ad Megarenses, probatur? Fortasse legendum παρελθὼν, sed si quis γὰρ lapsu calami librario imprudenti quid scriberet, excidisse censeat, non contendam cum eo. Cod. Pal. nec καὶ nec γὰρ exhibet. Post verba οἰκισταὶ δὲ Βυζαντίων omissum esse male pronomen οὗτοι mihi certum est ex usu Philostrati; v. V. S. II. p. 560. καὶ δὴ ξυναπεδήμουν αὐτῷ καὶ δίδυμοι κόραι — — Ἀλκιμέδοντος μὲν δὴ αὗται θυγάτερες. V. S. II. 589. ὁπότε οὖν σπουδάσειε περὶ τὰς ἐγκυκλίους θέας, ὀρχηστῶν δὲ αὗται τὸ ἐπίπαν.

POLEMO.

P. 530. οὗτοι μὲν γὰρ ἐκ μειρακίου κατιδόντες τι ἐν αὐτῷ μέγα etc.

μὲν deest in meis codd.; recte, nam nihil habet in sequentibus quo referatur. Ceterum compara locum geminum in V. A. VI. p. 241. κατιδὼν γάρ τι ἐν Πυθαγόρου (scr. Πυθαγόρᾳ) μέγα — — ἔδραμον ἐπὶ τὰς ἐκείνου δόξας.

P. 531. ὕβριν τε ὁμοίως ἐξήρει καὶ ἀγερωχίαν

πᾶσαν τοσούτῳ πλέον, ὥστε μηδὲ τοῦ Ἰωνικοῦ ἀπεθίζειν.

Verbum ἐξαιρεῖν hac castigandi notione caute distinguendum ab ἐξαίρειν *tollere*, restitui debet primae epistolarum, quae Philostrati nomine feruntur, ubi perperam Olearius habet τῶν δὲ ἐς μῆκος προηγμένων ἐπιστολῶν ἐξαίρειν (pone ἐξαιρεῖν) χρὴ κυκλοῦς. Cf. Boiss. ad Aristaenet. 402. Heindorf. ad Pl. Cratyl. 434. d. de h. v. confusione. — Ionum luxuriam tangit Noster saepius, e. g. p. 540. μειράκιον Ἰωνικὸν ἑτρύφα κατὰ τὴν Σμύρναν, ὑπὲρ τὰ Ἰώνων ἤθη; v. Jacobs ad Imag. p. 447. Inde τὸ Ἰωνικὸν, ut in loco, quem nunc tractamus, sufficit ad designandam τρυφὴν; cui vel maxime assuetos Smyrnaeos, et sic ad superbiam proclives Polemo tam prudenter gubernasse dicitur, ut praeciderit omnem illis proterviam. Haec est sententia loci intellectu non difficilis, difficilior est grammatica ratio, quam equidem me perspicere nego, nisi ἦν excidit post ἀπεθίζειν: quo minus per Polemonem stabat, Smyrnaeos desuefacere luxu, eo magis idem enitebatur, ne ex leviori vitio prorumperet gravius. Illi verbi ἦν post ἀπεθίζειν omissioni in causa fuit Itacismus; eius culpa similiter depravatum arbitror locum ex Platonis Politico p. 300. c. οὐκοῦν μιμήματα μὲν ἂν ἑκάστων ταῦτα εἴη τῆς ἀληθείας, τὰ παρὰ τῶν εἰδότων εἰς δύναμίν εἶναι γεγραμμένα. Quid hic sibi velit εἶναι, non facile quis dixerit. Fortasse ἀεὶ dedit Plato; idque in αι contractum, εἶν negligentiâ librarii post δύναμιν, cuius postrema syllaba eam repetitionem creavit, intruso.

P. 522. . . . εὐκλείαν τῇ Σμύρνῃ ἔπραττε. Philostratus Alcibiadis sententiam, quam apud Thucydidem profert VI. 16, in suum vertit usum.

P. 532. ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἀπαιτουμένου πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας, ὑπεραπέδωκε ταῦτα χρήματα, οὔτε εἰπόντος ὡς δέοιτο, οὔτε προςειπὼν ὡς δώσοι.

Satis perspicuum est, ταῦτα post ὑπεραπέδωκε sensum non habere, sed mutilatum esse compendio scripturae ex τοσαῦτα, et, cum ne inde quidem intelligatur, quanto plus dederit Imperator, addi opportere ἕτερα, si vera est Interpretis versio: alterum tantum huius summae Imperator Polemoni dedit. Sic V. A. 205. προςαναλώσαιμι δ' ἂν καὶ ἕτερα τοσαῦτα. Adde Plato de legg. p. 774. — Προςειπὼν ὡς δώσοι, omnino ad Polemonem referendum, inconcinne dicitur, ubi exspectaveris προςειπόντος, ὡς δώσοι. Syllabam ος ante sequentem particulam ὡς absorptam nemo miretur. Similem locum vide p. 572, ubi Alexander Herodis optioni relinquit: εἴτε βούλοιτο τῆς ἤδη σπουδαζομένης ὑποθέσεως ἀκροᾶσθαι, εἴτε ἑτέραν αὐτὸς δοῦναι. τοῦ δὲ Ἡρώδου . . . εἰπόντος ποιήσειν ὅπερ ἂν ἐκείνοις δόξῃ. Hic praebuerat Olearii lib. εἰπόντος ὡς ποιήσει.

P. 533. ὡς χρόνου μέγα ἀγώνισμα. Vocem πολλοῦ hic desidero.

P. 534. ἠστείζετο δὲ τὰ μὲν. Non sequitur τὰ δὲ, ideo hoc ipsum pro τὰ μὲν hic locum habere arbitror.

Ib. καὶ μηδεὶς αὐτὸν ἐκβάλλῃ. Corrigit soloecismum Cod. Gud. in quo est ἐκβάλῃ. Pal. praebet ἐκβάλοι.

P. 537. ἐνδεικνύμενον πολὺ τὸ ἀλύπως φράζειν. Magis placeret τὸ πάνυ ἀλύπως φρ., cum πολὺ hic duriusculi quid habeat.

P. 538. ἐς τὰ τρόπαια καταλύειν τὰ Ἑλληνικά. Articulus, qui ad infinitivum pertineat, non potest ab-

esse. Reponendum ἐς τὸ τά. Saepissime in coniunctione articulorum alter neglectus est ab iis, qui veteres libros descripserunt; cf. Jacobsius ad Achill. Tat. p. 398. 569. 779. Boissonadius eandem adhibuit medicinam in V. Hippiae p. 495. corrigens Νεοπτολέμῳ τῷ τοῦ Ἀχιλλέως. Fortasse scripsit Philostr. τῷ τοῦ Ἀχ. omisso Νεοπτολέμῳ; cf. quae notavi ad Prodici vitam.

P. 540. μηδ' ἂν τὰς Μούσας ἀναβάλλεσθαι αὐτοῦ ἥδιον, ὁπότε πρὸς τὸ ᾄδειν τράποιτο.

Canendi notione ἀναβάλλεσθαι hic accipiendum est, qua invenitur aliquoties apud Nostrum. Cf. Jacobs ad Philostr. Imag. p. 385. Scholiastam ad V. A. IV. p. 180. in Bekkeri Spec. Philostr. p. 121. cum not. Creuz. *) Non aliter intelligendum credo etiam apud Platonem in Theaeteto, 175. e. ὁ δ' αὖ τρόπος (hominis in servilibus negotiis versati) τὰ μὲν τοιαῦτα πάντα δυναμένου τορῶς τε καὶ ὀξέως διακονεῖν, ἀναβάλλεσθαι δὲ οὐκ ἐπισταμένου ἐλευθέρως. οὐδέ γ' ἁρμονίαν λόγων λαβόντας ὀρθῶς ὑμνῆσαι θεῶν τε καὶ ἀνδρῶν εὐδαιμόνων βίον ἀληθῆ; ubi minus apte a Heindorfio elegans vestitus, una cum facultate de summis rebus egregie dicendi studioso sapientiae viro tribuitur, quasi vestiendi ars liberalem hominem et eruditum proderet, nec esset res nota, rudissimos homines bene tenere τὴν κομμωτικὴν, quae est ἀγεννὴς καὶ ἀνελεύθερος. De cantu potius, quem in conviviis ἐπὶ δεξιὰ procedentem (cf. Sympos. 177. d. cum nota Stallbaumii) quivis Atheniensis non plane ἄμουσος exercebat (cf. Arist. Equit. v. 189.), unde Themisto-

*) Plura adscripsi ad Porphyrium de Vita Plotini XXII. et ad Plotinum ipsum p. 738. C. infra. *Cr.*

cles, qui lyram recusasset, habitus est indoctior, hic agitur, isque, ut popularis et inferioris notae (conf. Phaedo 61. A.) opponitur musicae et harmoniae multo praestantiori, quae est ἁρμονία λόγων, non μελῶν.

LIBER POSTERIOR.

HERODES.

P. 546. ἀναφέρει δὲ ἐς τὰ τῶν Αἰακιδῶν. Pro ἐς τὰ, quod quo sit referendum, non patet, Boisson. in Heroic. p. 633. mavult legere ἐς τὸν cum Cod. A. subaudito οἶκον. Equidem praetulerim τὸ sc. γένος, ut Philostrato usitatius, cf. p. 479. 528. 579. 605. 621.

P. 547. ἵνα μὴ δεηθῶσιν. At quid discriminis est inter ἵνα μὴ δέωνται et ἵνα μὴ δεηθῶσιν? Si quid video, adiiciendum ποτε ante δεηθῶσιν. Sic pag. 580. κἂν δεηθῶμέν ποτε ξυμμάχων, ἐφ' ὑμᾶς πέμψομεν.

P. 549. ἀποστροφὴν ἐποιοῦντο τοῦ 'Αθ. δήμου. Haud scio, an non eo sensu illud Graece dictum sit, et an potius τὸν 'Α. δῆμον scribi debeat. Cf. Sturz. Lexic. Xenoph. s. v. Steph. Thes. s. v. Sic Lib. ep. 1152. Ἐκείνου μὲν οὖν ἀδελφὸς Ἄδραστον ἔσχε καταφυγὴν. Scilicet ἀποστροφὴ δήμου contrarium sonat: fuga a populo, exsilium. ἀποστροφὴ τῆς σωτηρίας est fuga afferens salutem; vid. Thucydid. VIII. 75.

P. 551. καὶ περίπλους σταδίων ἑξακισχιλίων καὶ εἴκοσι θαλάττης ξυνελεῖν μήκη.

Rationem accusativi περίπλους exponi posse vix crediderim. Verisimile est, genitivo περίπλου ex se-

quente voce σταδίων litteram ς a socorde librario adiectam corrupisse locum: quam suspicionem quodammodo probare videntur verba in V. A. N. p. 163. ξυντεμοῦσαι (sc. ναῦς) τὰς περιβολὰς τοῦ πλοῦ.

P. 552. ἡ δὲ τοῦ Ἰσθμοῦ τομὴ ἔργον ἀθάνατον, καὶ ἀπιστούμενον τῇ φύσει. δοκεῖ γάρ μοι τὸ ῥῆξαι τὸν Ἰσθμὸν Ποσειδῶνος δεῖσθαι ἢ ἀνδρὸς, ὃν ἐκάλουν οἱ πολλοὶ Ἡρώδου Ἡρακλέα.

Inepta haec sunt. Quî enim iuvenis, quamvis fortis ac robustus, cum Neptuno conferri possit, utpote Isthmum concutere non minus valens quam ille deus? Noli tamen scriptori minime ἀπειροκάλῳ tribuere, quod malâ distinctione peccatum est. Etenim ista ὃν ἐκάλουν οἱ πολλοὶ neutiquam coniungenda cum antecedentibus, ad novam narrationem de Sostrato pertinent, quae Oleario non solum novo capite a proxima, de Isthmi perfossione, disiungenda erat, sed etiam additâ particulâ δὲ, ex consuetudine huius scriptoris, designanda: eam enim particulam ubique ponit, ubi transit ad aliam rem. Praeterea non ignoro quidem, vocem μᾶλλον ante ἢ saepius omitti (conf. C. Fr. Hermann ad Luc. de conscr. hist. 124.), moneo tamen ab ea omissione abhorrere Philostratum, ita, ut si usquam desideretur, antiquarii culpa id factum sit; e. g. p. 490. μᾶλλον ἢ πιὼν κώνειον Cod. Gud. comparativum omisit. Sic in loco, quem tractamus μᾶλλον adiectum velim post Ποσειδῶνος. Textus iam hoc modo constituendus videtur: δοκεῖ γάρ μοι τὸ ῥῆξαι τὸν Ἰσθμὸν Ποσειδῶνος δεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἀνδρός. C. VII. Ὃν δ' ἐκάλουν οἱ πολλοὶ Ἡρώδου Ἡρακλέα, νεανίας (οὗτος melius abest, ut in edd.) ἦν κ. τ. λ.

P. 553. ἡ μεσόγεια, ἔφη, τῆς Ἀττικῆς ἀγαθὸν διδασκαλεῖον ἀνδρὶ βουλομένῳ διαλέγεσθαι.

Ante ultimam vocem ut inseratur εὖ postulat sententia loci, et probat locus geminus p. 581. αἱ δὲ ἐφημερίδες ἀγαθοὶ διδάσκαλοι τοῦ περὶ παντὸς εὖ διαλέγεσθαι.

P. 557. ταῦτα ὡς ἤκουσεν ἐπαγγελθέντα ὁ Ἡρώδης. Scribe mecum ἀπαγγελθέντα. Sic p. 586. recte: ταῦτα ἀπαγγελθέντα τῷ Ἡρώδῃ διέχεεν αὐτόν. Vid. Xenoph. Mem. I. 2. 33. et 35. De confusione eorum verborum conf. D'Orville ad Charitonem p. 451. Wyttenb. ad Plut. Consol. ad Apoll. Vol. VI. p. 2. 715.

P. 558. εἷς δέ τί που μωρὸς. Culpa librarii versus est depravatus, sic restituendus εἷς δ' ἔτι κ. τ. λ.

P. 561. οὐδὲ ἔστρεψε τὸ ὄμμα Hanc lectionem immerito protulit Ol. ei quam priores editiones et Cod. Pal. praebent ἐτρέψε. Cf. Lucian. de dea Syria 17. καὶ οἱ ἥ τε χροιὴ πάμπαν ἐτρέπετο κ. τ. λ. Dio Chrys. Or. I. 15. τὸ βλέμμα οὐ μετατρεπόμενον.

Ib. ταῦτα μὲν δὴ ὧδε οὕτως ἐφιλοσοφεῖτο τῷ Μάρκῳ.

Quid isto ὧδε οὕτως facias? Οὕτως nempe ex αὐτῷ, quod saepius factum, mutavit barbara manus. Frequentissime legitur apud Nostrum φιλοσοφεῖσθαι cum Dativo, ubi de re prudenter ab aliquo gesta agit. Ita paullo ante τῶν ἐπιδήλως τῷ Μάρκῳ φιλοσοφηθέντων καὶ τὰ παρὰ τὴν δίκην ἡγώμεθα; cf. V. A. V. 204. VI. 273. etc. Illa corruptela textum iam obsederat, quum homo aliquis indoctior, soloecum pleonasmum ὧδε οὕτως non observans, Dativum τῷ Μάρκῳ omissum esse putavit; eum nos vera lectione αὐτῷ restituta, iure eliciemus.

P. 562. φίλε Ἡρώδη. Cod. Pal. simpliciter Ἡρώδη; nec agnoscit τῶν σῶν cum Cod. Gud., quod for-

tasse melius abest Marci litteris, Herodem, quam potest mitissime tractantis, ac vitantis omnem offensam. Verba *τοῦ πολέμου* glossema mihi sapiunt, cum iam satis, quam rem Marcus significaverit, appareat ex verbis *τῶν χειμαδίων*. Cf. Dem. Philipp. I. p. 49. ed. Reisk. cum nota Voemelii T. II. p. 194.

P. 563. *ἐμάνη*. Conieceram *μαίνῃ* antequam lectionem. C. P. *ἐμάνης* cognovi.

Ib. *τιθεμένου τὰ τῆς γνώμης ὅπλα* i. e. arma capientis. De hac notione cf. Baehr ad Plut. vit. Alc. p. 226. Plane contrarium eius locutionis intellectum: arma deponere exemplis ex Plutarcho petitis illustravit Fluegelius meus, cf. eius Observat. in Plut. Vitam Phocionis p. 56.

P. 564. *ἡδὺς ὁ λόγος . . . καὶ σαφῶς ἐξαλλάττων*. De commistione vocum *σαφῶς* et *σοφῶς* egit G. J. Bekker Spec. Philostr. p. 9. ad V. A. c. 11, ubi *σαφῶς* recipiendum esse docuit. Adde Valckenaer ad Eurip. Hippolytum 280, a. Hicce vero *σοφῶς* (artificiose) scribi oportere facile perspicitur.

THEODOTUS.

P. 566. *καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς, καὶ τοῦ Περιπάτου, καὶ αὐτὸν Ἐπίκουρον κ. τ. λ.* Locus manifeste corruptus, facilis tamen emendatu, *Ἐπίκουρον* compendio litterarum ortum mutando in *Ἐπικούρειον* et *αὐτὸν* in articulum *τὸν*. Cf. Wyttenbachii Animadv. in Plutarch. de Sera numinis vindicta p. 3.

ARISTOCLES.

P. 567. *ἡδονὰς δὲ . . . ὥςπερ ἐπὶ θύρας αὐτῷ ἠκούσας*. Recte docuit Baguet (Animadv. ad Dio

Chrys. VIII. p. 101.) hanc structuram solam esse probam, cum hîc et alias (V. Herod. p. 557.) soloece scriptum sit ἐπὶ θύραις. Vitium tollendum etiam in vita Polemonis p. 535, ubi legitur ἕως ἠνάγκασε τὸν βασιλέα ἐπὶ θύραις ἀφικέσθαι. Quod locutionem ἐπὶ θύρας ἰέναι adtinet, saepe usurpatam de mendicantibus ut de amantibus (V. S. I. p. 485.), v. Jacobs ad Imag. 225. Repete eam ex loco Platonis Rep. VI. 489. b. quem certe ante oculos habuit Dio Chrys. Or. LXXVIII. 660. adde Phaedr. p. 233. e. 245. Rep. 364. b. Cf. Jacobs ad Achill. Tat. 835. Elegantissima hic est translatio ab amantibus, quos diu amasius aspernatus θυραυλοῦντας, tandem emollitus convenire se permittit, ad Voluptates, sero ab Aristocle, horrido philospho admissas.

ANTIOCHUS.

P. 568. φρονιμώτατος δ' ἀνθρώπων γενόμενος διέβαλλεν αὐτὸ ὡς μειρακιῶδες. Nusquam invenitur φρόνιμος notione fastus, quae hic requiritur; repones eius loco, si placet, φρονηματώδης tertio gradu, collatis, quae supra de Polemone p. 535. traduntur: τὸ δὲ μεγαλόγνωμον καὶ φρονηματῶδες ἐκ Τιμοκράτους ἔσπασε τοῦ φιλοσόφου. Vid. Bast. ep. cr. ad Boiss. s. v.

P. 569. τὰ πάθη ἄριστα σοφιστῶν μετεχειρίσατο, οὐ γὰρ μονωδίας ἀπεμήκυνεν οὐδὲ θρήνους ὑποκειμένους, ἀλλ' ἐβραχυλόγει αὐτὰ ξὺν διανοίαις λόγου κρείττοσιν.

Vox ὑποκειμένους valde friget sensu: pro argumento sumtis (lamentationibus), est etiam inconcinne addita alteri substantivo θρήνους, cum alterum μονωδίας

suo adiectivo careat. Restituturi huic loco pristinam sanitatem confugiemus fortasse non inepte ad Platonicum fontem, unde Nostri verba fluxisse opinor: Rep. X. 605. d. ἀκροώμενοι Ὁμήρου, ἢ καὶ ἄλλου τινὸς τῶν τραγῳδιοποιῶν μιμουμένου τινας τῶν ἡρώων ἐν πένθει ὄντας, καὶ μακρὰν ῥῆσιν ἀποτείνοντας ἐν τοῖς ὀδυρμοῖς — — — οἶσθ' ὅτι χαίρομεν κ. τ. λ. Eo itaque respiciens scripserim οὐδὲ θρήνους ἀπέτεινεν, ἀλλ' ἐβραχυλόγει αὐτὰ, ξὺν διανοίαις λόγου κρείττοσιν. Postrema non recte interpretatus est Olearius: sensu uberiore quam dictione, inutiliter citans Senecam et Ciceronem. Veram explicationem pete ex V. S. II. 605. λόγου κρείττω περιβαλὼν κόσμον i. e. mirum ornatum. Ita Xenophon quoque Mem. III. 11, 1. εἰπόντος, ὅτι κρεῖττον εἴη λόγου τὸ κάλλος τῆς γυναικός.

Ib. τὸν περὶ τῶν σπουδαίων λόγον ἀπεώσατο, περίνοιαν ἐγκαταμίξας τῷ πάθει.

Περίνοιαν, cui voci Olearius perperam furoris notionem tribuit, cum prudentiam notet, ne eo quidem intellectu locum hic habere videtur. Quid enim vult istud: repudiavit orationem de rebus seriis, ita ut prudentiam immisceret affectui? Apparet, scriptorem, cuius haec verba corruptelâ laborant, antitheto usum esse, cuius membrum alterum σπουδαίων est; alterum oportet esse παιδιὰν, pro περίνοιαν, vel γελοῖα (conf. Plato de legg. 816. d. ἄνευ γὰρ γελοίων τὰ σπουδαῖα, καὶ πάντων τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία, μαθεῖν μὲν οὐ δυνατὸν, εἰ μέλλει τις φρόνιμος ἔσεσθαι). Iocum eo spectare arbitror, quod eunuchus a tyranno nullos testes collati in se beneficii, scilicet τῆς ἐκτμήσεως constitutos esse praedi-

cat, ita ut iudices, quantam illi gratiam referre debeat, diiudicare non possint.

ALEXANDER.

P. 571. *αἰτῶν τοὺς Ἕλληνας* sc. discipulos Herodis, qui eo duce Graecis litteris studebant. Sic pag. 567. *πᾶν τὸ ἐκεῖ Ἑλληνικὸν* non Pergamenses Graeci sunt, sed iuventus, quae ibi eloquentiae operam dabat, *γνώριμοι* conf. Hoeschel ad Phrynich. ed. Lobeck. p. 400. De Hadriano p. 587. *ζηλωτὸς αὖ ἐπανιὼν ξὺν πομπῇ τοῦ πανταχόθεν Ἑλληνικοῦ.* Vocem *γνώριμοι* Ol. quam male intellexerit, p. 583. *ἐξέστω δὲ ὦ βασιλεῦ καὶ τοὺς γνωρίμους παρεῖναι τῇ ἀκροάσει*, vertendo familiaribus tuis, facile perspicies.

P. 572. *οὕτω τῇ ἑτέρᾳ λέξει καὶ ἑτέροις ῥυθμοῖς, ὡς τοῖς δεύτερον ἀκροωμένοις μὴ διλογεῖν δόξαι.*

Scribe *οὕτω τι.* Quod ad rem adtinet, cf. V. S. 629. de Hippodromo, qui finitâ declamatione *ἀναλαβὼν τὴν ὑπόθεσιν ἑτέρᾳ δυνάμει μετεχειρίσατο τὰς ἤδη εἰρημένας ἐννοίας.* Eam facultatem dicendi Noster pluris fecit, quam Platonicus Socrates, Phaedr. 235. b. *ἐφαίνετο δή μοι νεανιεύεσθαι, ἐπιδεικνύμενος ὡς οἱόςτε ὢν ταὐτὰ ἑτέρως τε καὶ ἑτέρως λέγων, ἀμφοτέρως εἰπεῖν ἄριστα.* Vid. Sext. Empir. p. 205. ed. Fabric.

P. 573. *Σκέπτου δὲ ἀπὸ τῆς Κορίνθου.* Male Olearius omisit articulum ante *ἀπὸ*, non neglectum in ed. Flor.

P. 574. *οὕτως Ἀθῆνας οἶδας.* Eadem forma rarior apud Atticos, invenitur infra p. 576. *οὐκ οἶδας*

ἄνθρωπε τὰς ὁδοὺς; quod exemplum adiicies eis quae diligentissime collegit Lobeck ad Phrynichum p. 236. s. v. ἔφης.

P. 576. καὶ οἱ μὲν (τελευτῆσαι) ἑξηκοντούτην, οἱ δὲ καὶ ὀκτώ. Malebam olim pro corrupto ὀκτὼ scribere ὀγδοηκοντούτην. Sed nimium hoc annorum discrimen videbatur, nec, quomodo ex ὀγδοηκοντούτην factum esset ὀκτὼ apparebat. Itaque οὔπω potius corrigendum putavi. Sic supra de Antiocho p. 570. περὶ τελευτῆς τοῦ ἀνδρὸς, οἱ μὲν ἑβδομηκοντούτην τεθνάναι αὐτὸν, οἱ δὲ, οὔπω.

HERMOGENES.

P. 577. ἐφ' οὕτω μέγα τῆς τῶν σοφιστῶν δόξης. Verba τῶν σοφιστῶν apud Suidam desunt, et abesse possunt.

PHILAGER.

P. 578. πλείστοις δὲ ἐπιμίξας ἔθνεσι, καὶ δοκῶν ἄριστα μεταχειρίζεσθαι τὰς ὑποθέσεις, οὐ μετεχειρίσατο Ἀθήνῃσιν ἐς τὴν αὐτοῦ σχολήν.

Scholas Athenis instituere non in animo habebat Philager, sed, quod plerisque locis fecerat, declamationes illic recitare ex tempore. Tum, si velis post μετεχειρίσατο mente ὑποθέσεις addere mirum est, quemadmodum Herodis, qui ei bene cupiebat, in se iram excitare potuerit ἐπιδείξεσι suis, nec eas in causa fuisse ostendunt sequentia. σχολὴν scilicet ex χολὴν natum esse puta et deinde ἐς, ne manca esset oratio additum. Confer simillima in Vita Herodis p. 561. καθίστατο ἐς διαβολὰς τοῦ αὐτοκράτορος, οὐδὲ σχηματίσας (f. οὐδ' ἐσχημάτισεν legendum) ὡς εἰκὸς

ἦν ἄνδρα γεγυμνασμένον τῆς τοιᾶςδε ἰδέας, μεταχειρίσασθαι τὴν ἑαυτοῦ χολὴν, ubi male Cod. Gud. σχολὴν. Hinc corriges etiam ἑαυτοῦ pro αὐτοῦ. Cf. praeterea p. 582. de Aristide: οὔτε ἐκράτει χολῆς ἐπὶ τοὺς μὴ ξὺν ἐπαίνῳ ἀκροωμένους.

Ib. ἀλλ' ἤ συ ἔφη τις Ἀμφικλῆς; ἐγὼ, ἔφη, εἰ δὴ τὸν Χαλκιδέα ἀκούεις.

Pessime distincta verba iam recte ordinavit ed. Flor., in qua est ἀλλ' εἶ σὺ ἔφη τίς; Ἀμφικλῆς ἐγώ. ἀλλ' ἤ non bene scribi pro ἀλλ' ἤ in interrogationibus, docuit Heindorf ad Phaedr. p. 300.

P. 579. εὐδοκιμηκὼς ἐν αὐτῇ ἐτύγχανε. Melius se habeat ἐπ' αὐτῇ sc. ὑποθέσει.

P. 580. κἂν δεηθῶμέν ποτε ξυμμάχων, ἐφ' ὑμᾶς πέμψομεν, εἴπατε δέ που.

Sensus ultimis verbis, quae Olearius vertit: „dicite vero, quo versus mittere debeamus", non inest, vide num existat aliquis textu leniter sic immutato: εἴ ποτε δήπου. Vestrum auxilium quaeremus cum opus habebimus; id εἰρωνικῶς dictum est. Argumentum ex Thucydide VIII. 86. sumtum videtur: παρῆσαν δὲ καὶ Ἀργείων πρέσβεις, ἐπαγγελόμενοι τῷ ἐν τῇ Σάμῳ τῶν Ἀθηναίων δήμῳ ὥςτε βοηθεῖν. ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης, ἐπαινέσας αὐτοὺς, καὶ εἰπὼν ὅταν τὶς καλῇ παρεῖναι, οὕτως ἀπέπεμπεν.

ARISTIDES.

P. 582. ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν Σμύρναν ἀγορᾶς. Verba κατὰ τὴν Σμ. e glossa marginali in textum profecta esse, cum praecedant οἱ Σμυρναῖοι, suspicor.

P. 583. ὡς οὐχὶ καὶ τοῦ βασιλέως ἀνοικίσοντος ἀπολωλυῖαν πόλιν. Optime Cod. Gud. et ed. Flor ἀνοικίσαντος ἂν.

HADRIANUS.

P. 586. *κακεῖ τι ἐπισπουδάζειν τῷ οἴνῳ.* Hic laudandus est nobis Plat. Symp. 214. a. Hemsterhus. ad Luciani Timonem c. 55.

Ib. *ἀπὸ τοῦ διακειμένου τε καὶ ἵλεω ἀκροασάμενος.*

Quamvis bene novi notam Jacobsii, ad Imag. p. 307. defendentis illud *ἀπὸ τοῦ διακειμένου* significatione *benevole*, liceat mihi in proferenda sententia mea periculum facere, *διακειμένου* ex *διακεχυμένου* mutatum esse putanti. *Διαχεῖν* de laetitia capta ex alicuius praestantia, ingenio, festivitate, apud Philostratum saepius invenitur. Sic paullo ante de iis, quae commode adolescens Hadrianus dixerat: *ταῦτα ἀπαγγελθέντα τῷ Ἡρώδῃ διέχεεν αὐτόν.* Cf. Imag. 801. — Ita iunctum *διαχεῖσθαι* cum *ἵλεων γίγνεσθαι* reperio in Plat. Symposio 206. d. *ἵλεων γίγνεται καὶ εὐφραινόμενον διαχεῖται.* — Adde Plut. in Vit. Ciceronis c. 4. *τὸν δ' Ἀπολλώνιον οὔτ' ἀκροώμενον αὐτοῦ διαχυθῆναι κ. τ. λ.*

P. 587. *ὁπότε ἐς μνήμην τοῦ — ἀνδρὸς καθίσταντο.* Scr. *καθίσταιντο.*

P. 588. *καὶ γὰρ δὴ ἐπέταξεν αὐτὸν τοῖς νέοις.* Ante *ἐπέταξεν* insere ex usu Philostrati *καὶ*.

P. 589. *τὴν εὐγλωττίαν ἐκπληττόμενοι, καὶ τὸ σχῆμα καὶ τὸ εὔστροφον τοῦ φθέγματος.*

Quae de *εὐστομίᾳ* Hadriani hic traduntur, conferes apte cum narratione de Favorini in declamationibus habendis suavitate p. 491. *ἔθελγε τῇ τε ἠχοῖ τοῦ φθέγματος, καὶ τῷ σημαίνοντι τοῦ βλέμματος καὶ τῷ ῥυθμῷ τῆς γλώττης;* unde *τὸ σχῆμα τοῦ φθέγματος*, quia *σχῆμα* vocis non est, sed ingressionis et

saltationis (cf. Pl. de legg. II. 655. a.), mutare velim in ἤχημα τοῦ φθέγματος.

P. 590. ὁ δὲ οἶμαι, τερατευόμενος ἐν ταῖς ὑποθέσεσι περὶ τὰ τῶν μάγων ἤθη, τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην παρ' αὐτοῖς ἔσπασε.

Scribe ex linguae lege παρ' αὐτῶν. Τερατευόμενος non de rerum mirabilium recitatione accipiendum spectatur Magorum κουφολογία cf. p. 494. et 520. §. 6. Vid. Jacobs Additam. in Athen. p. 291.

CHRESTUS.

P. 592. ὁ μηδὲ τὰ ἑαυτοῦ σιωπῶν . . . Miror, Olearium non animadvertisse hîc lacunam, qua nobis huius narrationis exitus invidetur, exspectantibus, quomodo represserit Chrestus adolescentis fastum.

Ib. λείπεται δὲ αὐτῷ τοῦ ἑτοίμου. Legendum potius, ut grammatica ratio postulat: λείπεται δὲ αὐτοῦ τῷ ἑτοίμῳ vel τὸ ἕτοιμον. Quod hîcce est τὸ ἕτοιμον, id apud Platonem Politic. 277. c. ἐνάργεια vocatur. Describam locum, cum ad nostram rem faciat: ἀτεχνῶς ὁ λόγος ἡμῖν ὥςπερ ζῶον τὴν ἔξωθεν μὲν περιγραφὴν ἔοικεν ἱκανῶς ἔχειν, τὴν δὲ οἷον τοῖς φαρμάκοις καὶ τῇ συγκράσει τῶν χρωμάτων ἐνάργειαν οὐκ ἀπειληφέναι πω. Addam e Cratylo p. 434. a. ἆρά που ἄν τις συνέθηκεν ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν ζωγράφημα ὅμοιόν τῳ τῶν ὄντων εἰ μὴ φύσει ὑπῆρχε φάρμακα ὅμοια ὄντα, ἐξ ὧν συντίθεται τὰ ζωγραφούμενα, ἐκείνοις ἃ μιμεῖται ἡ γραφική (cf. Hermann ad Lucian. de conser. hist. p. 307.). Huc spectans verba sequentia καθάπερ ἐν ζωγραφίᾳ ἡ ἄνευ χρωμάτων ἐσκιαγραφημένη μίμησις, concinnius sic legi arbitror: καθάπερ τῆς ζωγρ. (sc. λείπε-

ται) ἡ α. χ. ε. μ. Cf. etiam V. A. I. p. 4. καθάπερ ζωγράφος ἐσκιαγραφημένοις ἐπιβαλὼν χρώματα, et Creuzer ad Plot. de pulcrit. 367.

PAUSANIAS.

P. 594. κατὰ τὴν Ῥώμην, οὗ δὴ καταβιοὺς, ἀπέθανε γηράσκων ἤδη, καὶ μετέχων δὲ καὶ τοῦ Ἀθήνησιν, ὅτε δὴ καὶ ἀπιὼν ἐκεῖθεν, ἐπὶ πᾶσιν κ. τ. λ.

Ista, non satis bene cohaerentia mihi videor restituisse sic scribens: κ. τ. Ρ. ὁ. δ. κ. α. γ. η. Μετεῖχε δὲ καὶ τοῦ Ἀθήνησιν, ὅθεν δὴ καὶ ἀπιὼν ἐκεῖσε κ. τ. λ.

ATHENODORUS.

Ib. ἐπέκοπτεν αὐτὸν ταῖς διαλέξεσιν ὡς μειρακιώδη.

Olearius verum minime vidit, Morellium ob correctionem ἐπισκώπτεν reprehendens, quae lectio tam proba est, ut illa Cod. S. et A. in Prooemio p. 483. ὁ δὲ Γοργίας ἐπισκώπτων τὸν Πρόδικον etc. Est enim ἐπικόπτειν corrigentis, ἐπισκώπτειν maligne perstringentis. Cf. p. 495. 535. ubi Cod. Gud. male ἐπισκόπτειν, p. 616. 625. Imag. I. p. 767. cum nota Jacobsii p. 224.

EUODIANUS.

P. 596. υἱοῦ δὲ αὐτῷ τελευτήσαντος ἐν τῇ Ῥώμῃ οὐδὲν θῆλυ, οὐδὲ ἀγενὲς ἀνεφθέγξατο.

Discrimen inter ἀγεννὴς et ἀγενὴς explicavit Dorvillius ad Charitonem p. 388. Stallbaumius ad Prota-

goram p. 320. d. Eutyphr. 2. c. quibus auctoribus hîc quoque corrigendum est ἀγεννὲς.

RUFUS.

P. 597. τὴν δὲ ἰδέαν ταύτην ἐθαυμάσθη, πρῶτον μὲν γὰρ χαλεπὴ ἑρμηνεῦσαι.

Minus apte haec ita scripta cum sequentibus διὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν iunguntur. Revoco igitur ex edd. vett. ἑρμηνεύων, eiicio γὰρ quod Olearius invexit post μὲν, denique χαλεπὴ leniter in χαλεπὴν muto. Quae mox infra leguntur κᾷν μὴ ἐπεφύκει corrupta sunt ex καὶ ἃ μὴ ἐπεφύκει.

OENOMARCHUS.

P. 598. Ad verba antecedentia οἷον ὀφθαλμίας ἔσπασε consule Wyttenb. ad Plutarch. Vol. I. p. 447. σπουδαζομένης τῇ Ἐφέσῳ. Leg. ἐνσπουδαζομένης.

P. 599. ἀκοῆς ἴχνος. Videtur audire statua. Cf. Imag. p. 781, ubi enarrator pueros equitantes contemplatur, et ἐνάργειαν imaginis expressurus dicit: τὰ γύναια παρακαλεῖν τοὺς ἵππους ἐοίκασι, μὴ ῥίψαι τὰ παιδία, μηδὲ ἀποπτύσαι τὸν χαλινὸν, ἑλεῖν δὲ καὶ συμπατῆσαι τὰ θηρία. Οἱ δὲ ἀκούουσιν, οἶμαι καὶ ποιοῦσι ταῦτα. Adde p. 804. de venatoribus: διατωθάζω ὡς ἀκούοντας καὶ δοκῶ τι ἀντακούσεσθαι.

APOLLONIUS ATHENIENSIS.

P. 601. ἡνίκα Λεπτίνης ἦν αὐτοκράτωρ ἐκεῖ. Vocem Leptines explicationis causa margini appictam fuisse puto, turbat ea verbis scriptoris intrusa orationis nexum, minime necessaria ad intelligendum Apollonii

lusum, cum illis temporibus Lepti natum esse Severum nemo nesciret.

P. 602. ὄνομα τῷ προαστείῳ, ἱερὰ συκῆ. Desidero particulam μὲν post ὄνομα, colo ante ὄνομα posito, ante τὰ δὲ omisso.

PHOENIX.

P. 604. ἐν δεξιᾷ τῆς Ἀκαδημίας. Scr. τῆς ἐς Ἀκαδημίαν.

ANTIPATER.

P. 607. παρελύθη τὴν ἀρχήν. Corrigendum ni fallor τῆς ἀρχῆς exemplo scriptorum veterum; vid. Herodot. VI. 94. VII. 38. cum nota Valckenarii, adde Thucyd. VII. 16. cf. H. Steph. Thes. s. v.

HERMOCRATES.

P. 609. ἑρμηνεῦσαι ποικιλώτατα Ἑλλήνων καὶ ἔγνω, καὶ ἔταξεν. Lego ἡρμήνευσε. Triplex dos est boni oratoris: γνῶναι, τάξαι, ἑρμηνεῦσαι; cf. p. 511. De Phoenice noster: ἦν γνῶναι ἀμείνων ἢ ἑρμηνεῦσαι, τάξιν τε γὰρ τὸ νοηθὲν εἶχε, καὶ οὐδὲν ἔξω καιροῦ ἐπονεῖτο. ἡ δὲ ἑρμηνεία διεσπάσθαι τε ἐδόκει καὶ ῥυθμοῦ ἀφέστηκεν (scr. ἀφείστηκεν).

P. 610. ὡς μηδὲ δάκρυον ἐπ' αὐτῷ τὴν Καλλίστω ἀφεῖναι. Eiice nomen proprium cum articulo, ut glossema ineptum.

Ib. εἰ μηδὲ μήτηρ ἐπ' αὐτῷ τι ἔπαθε. Scr. εἰ μηδ' ἡ μήτηρ.

HERACLIDES.

P. 613. φυλαττομένου δέ που τὸ ἐν πολλοῖς τε καὶ σπουδαίοις κακὴ ἁλίσκεσθαι. Sensus postulat δή που (scilicet).

P. 614. Iterum minus accurate laudatur versus ex Odyssea Εἷς δή που κ. τ. λ. pro εἷς δ' ἔτι που. Ante μάλα velim adiici καὶ.

HIPPODROMUS.

P. 617. Πρόκλου δὲ — — — πρεσβευτικὴν ξυνθέντος ἐπὶ πάντας τοὺς παιδεύοντας Ἀθήνῃσι. Primum hic πρεσβευτικὴν in πρεσβυτικὴν i. e. senilem, morosam, commutandum erit. In bonam partem vox πρεσβυτικὸς est explicanda apud Platonem de legg. 685. δεῖ γε ἡμᾶς τοῦτο ἐν τῷ νῦν σκοποῦντας — — — παίζοντας παιδιὰν πρεσβυτικὴν σώφρονα, διελθεῖν τὴν ὁδὸν ἀλύπως. Tum ἐπιστολὴν excidisse videtur.

P. 619. ἥκω δέ σοι γυμνασόμενος. Verbum mancum est, cum ἐγγυμνασόμενος scribi debeat. Ante oculos Noster habuit hîc locum in Phaedro Plat. p. 228. e. ἐκκέκρουκας με ἐλπίδος, ὦ Σώκρατες, ἣν εἶχον ἐν σοὶ ὡς ἐγγυμνασόμενος. Paullo ante Socrates: παρόντος δὲ Λυσίου ἐμαυτόν σοι ἐμμελετᾷν παρέχειν οὐ πάνυ δέδοκται.

P. 620. κατὰ τοῦ Πολέμωνος. Facillime excidit τὰ post κατά.

PHILISCUS.

P. 622. ὡς δὲ δὲ ἤκουσεν. Sic negligentius pro δὲ δὴ exhibuit Ol. In editis abest δή, minus recte. Cf. Specimen Philostr. Bekkeri p. 28.

Ib. κελεύει ἐπιτεταγμένον ταῖς δίκαις κ. τ. λ. Addendus est articulus ante ἐπιτεταγμένον.

P. 623. ἀποστραφεὶς ὁ αὐτοκράτωρ ἐς τὸν Φίλισκον, ἐπεστόμιζεν αὐτὸν, παρὰ πάντα τὸν λόγον διείρων ἐς αὐτὸν τοῦ ὕδατος, καὶ ἐρωτήσεις ἐν αὐτῷ στενὰς ποιούμενος.

Locus varie tentatus a viris doctis, ut a Valesio, cuius mutatio διερῶν τοῦ ἐς αὐτὸν ὕδατος displicet Hamackero, Lect. Phil. 84. verba sic disponenti: παρὰ πάντα τὸν λόγον διείρων τοῦ ὕδατος ἐς αὐτὸν sensu: „Per totam orationem verba contra eum interseruit clepsydrae.“ Satis contorte, me iudice. Nisi immutentur verba scriptoris, me hinc expedire nequeo; quod si concesseris, vide, num adtulerim medicinae iis aliquid, scribens: διείργων αὐτὸν τοῦ ὕδατος. Conf. V. A. III. 121. ταῦτα σπουδάζοντας αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς ἐκκρούειν ἐπειρᾶτο, διείργων αὐτοὺς παντὸς λόγου κ. τ. λ. Quominus tempori constituto ad se defendendum (τῷ ὕδατι) uteretur, prohibitus est a Caracalla, semper eum interpellante.

HELIODORUS.

ὁ Δημοσθένης ἐπὶ τῷ Φιλίππῳ ἐκπεσὼν καὶ δειλιὰς φεύγων.

Quam adversus grammaticam rationem haec explicarit Olearius, apud ipsum, si tanti est, inspice. Mecum sic interpretaberis: Demosthenes Philippi gratia exulare iussus et timiditatis accusatus. Cogita eum a patria, quae ei tantum debebat, ob eundem hostem, a cuius dolis atque insidiis tamdiu ipse solus eam defendisset, ingratissime et iniquissime tractatum esse conquerentem, et a fugae crimine se purgantem. Ne

perturbet nos, id revera non factum esse, nam ad fictas ὑποθέσεις, ut aliquid novi proferrent, et totius recoctae crambae repetitionem vitarent, confugiebant saepissime rhetores (cf. F. A. Wolfii Prolegomena in Lepineam p. XXXV.).

ASPASIUS.

P. 627. νεάζων μὲν εὐδοκιμώτατος, γηράσκων δὲ μὲν ξὺν αἰτίᾳ τοῦ μὴ ἀποστῆναι ἑτέρῳ.

Sic rescripsit soloece editor Lipsiensis, cum reperisset in edd. δὲ τὸν μὴ. Ea lectio, quamquam sensu caret, praebet ansam ad detegendam veram μὴν. Δὲ, antegresso μὲν, abest saepius. Conf. Vit. Cyrini p. 624. κομματίας ὁ σοφιστὴς οὗτος, καὶ περὶ μὲν τὰ θετικὰ τῶν χωρίων οὐ πολὺς, ἐῤῥωμένος μὴν, καὶ σφοδρός. Vita Polemonis p. 545. οἱ γὰρ ἐπ' αὐτῷ γενόμενοι, ξυγγενεῖς μὲν, οὐ μὴν οἷοι πρὸς τὴν ἐκείνου ἀρετὴν ἐξετάζεσθαι.

P. 628. προςεποίησεν αὐτῷ. Scr. αὐτῷ.

Ib. ὅδ' αὖ τὸν ἑαυτοῦ λόγον, τέως ὑπομενοῦντα, πρὸς τὴν ἀκρίβειαν τὴν ἐκείνου ἐκόλασεν.

Toupius (Emendat. in Suidam P. I. p. 87.) cui illud ὑπομενοῦντα merito displicebat, iussit ὑποκυμαίνοντα corrigi, annotans haec: „est λόγος ὑποκυμαίνων oratio turgida, et quae nimis exsultat et redundat: quae et recte opponitur λόγῳ κεκολασμένῳ.“ Sed quominus assentiamur, id nos prohibet, quod in libro nostro nusquam vox ὑποκυμαίνων usurpatur, in ceteris autem Philostrati locis cf. Imag. l. II p. 841. 846. l. I. p. 777. V. Apoll. III. p. 100. suavem et lenem potius motionem, quam quidquam turgidi et tumidi sonat. Vide num aliquid viderim, ὑπομενοῦντα scripturae

compendio ex ὕπτιον μένοντα (sive μείναντα) ortum esse arbitrans collato loco V. S. I. 495. γνοὺς δὲ τὸν Πρωταγόραν ὁ Πλάτων σεμνῶς μὲν ἑρμηνεύοντα, ὑπτιάζοντα δὲ (δ' ἐν malim) τῇ σεμνότητι — — — τὴν ἰδέαν αὐτοῦ μύθῳ μακρῷ ἐχαρακτήρισεν. Adde p. 623. de Philisco: ἔδοξε τὴν γλῶτταν ὕπτιος. De voce ὕπτιος cf. Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet. p. 369.

INDEX.

ἀγενὴς et ἀγεννὴς confusa p. 44.
ᾄδω laudo p. 24.
ἀεὶ et εἶναι cf. p. 30.
αἰτίαν ἐπάγω p. 26.
αἰτίαν ἔχω p. 26.
Accusativus absolutus p. 23.
ἀλλ' ἦ et ἀλλ' ἢ cf. p. 41.
ἀναβάλλομαι cano p. 32.
ἀνάγομαι p. 22.
ἀναδέομαι p. 22.
ἀναῤῥηθεὶς et ἀνακριθεὶς cf. p. 20.
ἀναφέρειν εἰς γένος p. 33.
ἀντερείδειν τὸν ὦμον p. 27.
ἀπαγγέλλω cf. c. ἐπαγγέλλω p. 35.
ἀποστροφὴν δῆμον ποιεῖσθαι p. 33.
ἀποτάδην p. 7.
ἀποτείνω p. 38.
ἁρμονία λόγων p. 33.
Articulus saepius in textu Ol. male omissus p. 27. 31. 32. 39. 47.
— additus p. 19.
αὐτὴ cf. cum αὐτὰ p. 7.
αὐτὸς μάλιστα p. 13.
Αὐτολήκυθος p. 13.
ἀφικνεῖσθαι ἐς ἀγῶνα p. 27.
βοῦς ἀφωνίας p. 23.
γελοῖα et σπουδαῖα p. 38.
γένος om. p. 33.
γιγνώσκω invenio p. 46.
γνώριμοι p. 39.
γοργιάζω p. 19.
γυμνασόμενος pro ἐγγυμνασόμενος p. 47.
δὲ transitioni inserviens p. 34.
δὲ δὴ p. 47.
δειλίας φεύγων p. 48.
δεινὰ et δεινὸς cf. p. 12.
δεινότης p. 9.
Demosthenes — —
eum imitatur Philostr. p. 20.
emendatus ex eo Philostr. p. 20. 26. 36.
δέ που pro δήπου p. 41.
δέω et δέομαι p. 18.
διαβεβλημένοι et διαβεβλημένον cf. p. 9.
διακείμενος p. 42.
διακεχυμένος ib.
διατριβὴ p. 12.
διείρω et διείργω cf. p. 48.
Dio emendatus p. 11. 15.
δυνάμει ἑτέρᾳ λέγειν p. 39.
ἑαυτοῦ et αὐτοῦ cf. p. 40.
εἰπεῖν minari p. 18.
εἴποτε et εἴπατε cf. p. 40.

εἰρωνίζον conf. c. εἰρωνικὸν p. 6.
εἴσω λογισμοῦ p. 11.
ἐκβάλλῃ pro ἐκβάλῃ p. 31.
ἐκπίπτω p. 48.
Ἕλληνες p. 39.
τὸ Ἑλληνικὸν ib.
ἐμβιβάζω p. 27.
ἐν abiiciendum p. 15.
— addendum ib.
ἐνάργεια p. 8.
ἐξαιρῶ et ἐξαίρω cf. p. 30.
ἔξω τῆς αἰδοῦς p. 11.
ἐπαγγέλλω et ἀπαγγέλλω cf. p. 35.
ἔπαινος λόγων p. 25.
ἐπίδειξις p. 8.
ἐπὶ δεξιὰ p. 32.
ἐπιθειάζω p. 15.
ἐπικόπτειν et ἐπισκώπτειν cf. p. 44.
Ἐπικούρειος et Ἐπίκουρος cf. p. 36.
ἐπὶ πᾶσι et ἐπιτάσει cf. p. 7.
ἐπισκώπτω p. 17.
ἐπισπουδάζειν τῷ οἴνῳ p. 41.
ἐπίτασις p. 8.
ἐπιτείνω ib.
ἐπιτωθάζω cf. c. ἀποτωθάζω p. 27.
ἐπιχειρηματικὸν pro ἐπιχείρημα p. 28.
ἑρμηνεύω p. 46.
ἐρωτικὴ αἰτία p. 26.
ἕτερα τοσαῦτα p. 31.
τὸ ἕτοιμον p. 43.
εὖ omiss. p. 35.
Eunapius p. 13.
ἐφ' οὗ pro ἐφ' ᾧ p. 14.
ζωγραφεῖν coloribus pingere p. 43.
ἦν omiss. p. 38.
ἦχημα pro σχῆμα p. 42.
θαῤῥῶ τι p. 24.
θέλγω p. 8.
Thucydides — —
ex eo Philostr. correctus p. 14. ter.
eum Phil. imitatur p. 30. 41.
ἐπὶ θύραις ἥκειν pro ἐπὶ θύρας ἥκειν p. 37.
ἱστάναι χρυσοῦς p. 14.
ἴχνος ἀκοῆς p. 45.
Iosephus explicatus p. 16.
Iota subscr. conf. c. ν finali p. 17.
τὸ Ἰωνικὸν p. 30.
καὶ γὰρ δὴ pro καὶ γὰρ δὴ καὶ p. 42.
κἂν et καὶ ἂ cf. p. 45.
καταφυγὴν ἄνθρωπον ἔχειν p. 33.
Κεῖος, Κίος, Χίος, Κῶος p. 17.
κηλῶ p. 8.
Cicero laudatus p. 28.
Libanius correctus p. 25.
Luxuria Ionum p. 30.
λόγου κρείττων p. 38.
μᾶλλον ἢ p. 34.
μὲν abiiciendum p. 29.
μὴν pro δὲ post μὲν p. 49.
μνημονικὸν cf. c. μνημονευτικὸν p. 29.
μῶρια cf. c. σημεῖον p. 7.

νάρθηξ p. 9.
ναυμαχῶν pro νομομαχῶν p. 29.
νεότης et δεινότης cf. p. 23.
nominis proprii omissio p. 17.
nominativi cum infin. constr. pro acc. c. inf. p. 21.
ξυμβάλλομαι p. 19.
Xenophontem imitatur Philostr. p. 38.
ὁδοῦ pro αἰδοῦς p. 11.
οἷα et οἵα cf. p. 12.
οἶδας p. 39.
omissio verbi finiti p. 18.
οὔπω et ὀκτὼ cf. p. 40.
οὗτοι om. p. 29.
οὕτως pro αὐτῷ p. 35.
παιδιὰ et σπουδὴ p. 38.
Πακτωλὸς χρυσοῦς p. 25.
παντὸς et πάντως cf. p. 19.
παρ' αὐτοῖς pro παρ' αὐτῶν p. 42.
πᾶς contemtim p. 19.
πάσης γῆς ἐλαύνεσθαι p. 16.
πατέρων pro πάντων p. 5.
περιλείχω p. 13.
περιλιχμῶμαι ib.
περίνοια pro παιδιὰ sive γελοῖα p. 38.
περίπλους et περίπλου cf. 33.
πηδήσεις καρδίας p. 27.
Plato correctus p. 30.
— explicatus p. 32.
correctus ex eo Philostr. p. 7. bis. 17. 38. bis. 42. 47.
explicatus p. 10.
imitatur eum Phil. p. 8. 13. 21. 23. 27. 31. 37. 39. 41. 43.
Pluralis numerus subst. genit. singulari additus p. 17.
Plutarchus explicatus p. 26. 27.
ποιῶ pro πείθω p. 10.
οἱ ἐκ τῶν πολέμων p. 14.
πολὺ pro πάνυ p. 31.
ποτὲ om. p. 33.
ποτίμως p. 13.
πρεσβευτικὸς pro πρεσβυτικὸς p. 47.
πρεσβεύω p. 9.
Prodicus p. 17.
Protagoras capitis damnatus p. 16.
Rhetorum cum palaestritis comparatio p. 28.
Sappho p. 27.
Sextus Empiricus explicatus p. 16.
σκιαγραφεῖν p. 43.
σοφὸς c. σοφιστὴς cf. p. 11.
— — φιλόσοφος cf. ib.
σοφῶς et σαφῶς cf. p. 36.
σπουδαζομένης pro ἐνσπουδαζομένης p. 45.
στοχάζομαι p. 7.
στρέφω p. 26.
στρέφω et τρέπω cf. p. 35.
συνίημι p. 25.
σχολὴ pro χολὴ p. 40.
τὰ μὲν et τὰ δὲ cf. p. 31.
τάττω p. 46.
ταῦτα et τοσαῦτα cf. p. 31.
τερατεύομαι p. 42.
τῇ pro τι p. 39.
τίθεσθαι τὰ ὅπλα p. 36.
οὕτω τις p. 12.

ὑποκαθειμένος cf. cum ὑποκαθήμενος p. 6.
ὑποκείμενος p. 37.
ὑποκυμαίνω p. 49.
ὕπτιος p. 50.
ὑφέρπων τὴν ἐρώτησιν p. 6.
φάναι minari p. 19.
φιλοσοφεῖταί τι τινὶ p. 35.
Philostratus emendatus in Vit. Ap. p. 29.
— — Epp. p. 30.
φρόνιμος pro φρονηματώδης p. 37.
Χειμάδια p. 36.
Χίος, Κεῖος p. 17.
χολὴ p. 40.
ὦ cum accus. p. 26.
ωμεν terminatio coniunctivi cf. cum ομεν p. 18.
ὧν pro μέλλων p. 7.
ὥρα cf. c. εὕρημα p. 22.
ὡς omiss. p. 31.

Corrigenda.

P.	13.	l. 11.	κωμῳδσύσης	l. κωμωδούσης.
»	13.	l. 13.	ἴδου	l. ἴδω.
Ib.		ib.	ποτε	l. πότε.
p.	22.	l. 16.	συντελεῖν	l. συνελεῖν.
»	23.	l. 2.	hae	l. hac.
»	24.	l. 13.	αἰτιατικῇ. Hic	l. αἰτιατικῇ hic.
»	25.	l. 20.	vinctore	l. vinitore.
»	27.	l. 22.	Illi	l. Ille.
»	32.	l. 20.	λαβόντας	l. λαβόντα.
»	35.	l. 12.	δέ	l. δὲ.
»	40.	l. 1.	ὅδους	l. ὁδοὺς.
»	43.	l. 7.	accipiendum spectatur	l. accipiendum, spectatur.
»	47.	l. 1.	φυλαττομένου	l. φυλαττομένη.
»	48.	l. 18.	tempori	l. tempore.